Hoc bellū mox hyspaniēse secutū est. Cui amalric⁹ causam dedit. Hic in extrema gallia q̄ ad pyrheneū spectat incolis: hyspaniā cū gothis tenebat. Mortuo vero clodoueo

Amalric⁹ itactā antea regiōis partē amalric⁹ occupauit. Vnde aīos tollens: ad reges francos de ea re nūciū mittit. petitq; eorū amicitia frui liceat: atq; ex eorū familia ducere vxorē. Nō īdigna petitio regib⁹ visa est. Sororē virginē illi dāt. Quā regio fastu susceptam Amalricus liberaliter primū: mox contēptissime habuit. Quippe qui arriano veneno imbutus rectę fidei mulierē despuebat. adeuntēq; ex more christiano ecclesias cōtumeliis psequebatur. Lutoq; per viam

a pueris mandabat contaminari. Hoc diu passa mulier regibus per litteras significat quæ a viro infideli toleraret: laturaq; esse: nisi amalrici petulantiam temeritatéq; compescerent. Crebro mulieris questu parciti reges cogunt exercitũ. At childebertus sublimi vir animo: nõ expectato clotario: militem in amalricũ educit. Cognito quid in eũ a childeberto parabat: magnam quoad potest manũ amalricus terra mariq; cogit: tueri se festinans. Aduenientibus francis hostiliter occurrit. & q̃q̃ militũ numero inferior esset: in fortitudine tñ spem omnẽ firmauerat: qua prima eximiaq; virtute victoria sępenumero visa est comparari. Pugnatũ est ęquis virib⁹ diu acriterq;. Sed gothis cedentib⁹/ victoria penes childebertũ fuit. Fugientẽ amalricũ dũ aĩaduertit miles q̃dam frãc⁹: excitato calcarib⁹ equo: tyrãnũ lancea cõfodit. Qua re cognita/ rex franc⁹ mediã petẽs hyspaniam gothos ĩcredibili diligẽtia p̃sequit̃: donec tolletũ ad amnis tagi ripas munitissimã vrbẽ accessisset. quã obsessam: & a ciuib⁹ nõ segniter defensam capit: captam oĩb⁹ exactissime coaceruatis bonis spoliat. Atq; ita sorore recepta: & mox morbo dũ reuertit absũpta ad p̃ris sepulchrũ parisii collocat defunctã. Quos xp̃o calices & vasa sacra tolleto exportauerat religiosis regni sui loci distribuit. Tolletũ capitur. Tagus.

His vt memorauim⁹ a childeberto gestis nunciat̃ theodoricũ fratrẽ montẽ clarum aruernię primariam ciuitatẽ: quam ab eo childebert⁹ abstulisset recepisse p̃sidio interfecto. dũ ciuitas a theodorico obsidet̃ miles q̃ in obsidione erat accepto q̃ in diui Iuliani tẽplo plęriq; ciues fortunas suas ꝓtulissent: in tẽplum refractis foribus irrumpit: & cuncta diripiẽs exportat. Sed ꝓtenus vindex sacrilegii deus predatores corripit insania: horrenda voce clamantes. Cur o beate martyr tã dire nos crucias? Hoc exemplo doctus qui militiam seq̃tur/ tẽperet a rapinis ne sacris locis iniurius sit. Appręhendit interdum pœna sacrilegos/ & suas deus iniurias graui Sacrilegij pena.

ter vlcifcitur. Quod figinald⁹ aruernorũ p̄fectus nõ ignorauit. Itaq; licentia dominãdi elatus: postq̃ multa ab incolis surripuit: villã bulgratensem quã Tetradius ecclię diui iuliani donauerat occupauit. moxq; mente captus nõ prius sui cõpos factus est q̃ villã reliquisset: cõpensatione exhibita rerũ quas temere abstulerat. Sed re itra paucos dies cõposita concordib⁹ animis reges in Hermofredũ Thoringie principẽ bellũ mouent. p̄pterea q̄ suasu amalbergę vxoris duos quos habebat fratres Bercariũ & Baldricũ necauerat: delatos q̄ regnũ affectassent. Thoringus re cognita: collecta magno numero manu: dolo itercipere frãcos instituit. Fossam altã qua frãcus iterfacturus erat longitudine magna p̄duxit cespitib⁹ desuper coniectis: vt specie virentis herbę miles illusus fraudẽ non p̄ciperet. Detecto p̄ exploratores dolo: reges irritatiores facti hostẽ ferocius p̄sequunt̃ donec effusa fuga thoringi ad flumẽ quod eorũ lingua onestrut vocant se recipiũt. Vbi ad fluminis ripã reuocato ex fuga milite belluz instaurant. Sed cedere coacti in p̄fluentũ se p̄miscue cõmittunt. Factaq; est eorũ tanta strages: vt occisorũ cadaueribus pontis loco frãcus vteret̃. Hermofredus tñ cũ paucis in vrbẽ quandã q̃ regio theodorico postea fuit se recepit. Ad quẽ dimisso nuncio theodoricus salutẽ pollicet̃/ si ad castellũ tulbiacũ qđ non p̄cul erat se conferre nõ pigritaret̃. Nũcianti fidẽ adhibẽs hermofredus ad theodoricũ se confert. Dũ vna ad pinnas castelli iambulant & fabulant̃: theodoricus hermofreduz cubito ipellens eũ e muro p̄cipitat quo lapsu interiit. Dei de liberis eius necatis: omnẽ regionẽ in potestatẽ rex accepit: ibiq; ad tẽpus moratus: lothariũ fratrẽ licet auxiliaris illi in hoc bello fuisset: clam suspectũ habuit: siue q̄ bene gesti belli partẽ ad se verteret: siue quia (vt est human⁹ animus) causas q̃reret vsurpandi fraterni regni q̄ finitim⁹ eẽt & ideo iuidiæ theodorico esset. Dissimulato odio Theodoricus precatur per nũcios fratrẽ ad se in thoringiam ve

Bellũ aduers⁹ hermofredũ.

Dolus regis theodorici.

niat: habere quod ex vtriusq; cõmodo sit. Ad quem nihil a fratre doli metuens Clotarius accedit. Occultos post tapetem in cęnaculo milites Theodoricus in armis locauerat. Quod cũ paulo altius penderet velũ: Clotarius cęnaculũ ingressus: armatorũ pedes cõspicatus: fraude deprȩhensa restitit. admonitisq; quos secum habebat clientibus clam armari eos iubet. Theodoricus animaduersum a fratre dolum intelligens: ioco suspitionẽ purgauit: habito deinde cũ fratre colloquio argenteo vase quod peluim vocant lotharium donat. atq; ita discessum est. Verũ sollicitatus ira theodoricus peluim a fratre per filium repetit belli occasionem meditans si vas non redderet. Impetrat a patrueli Theodebertus adolescens: & vas ad patrẽ refert. Sz tandẽ i aptũ se theodorici ira prodidit. Crebris incursionibus in alterutrum factis pax inter eos paucis post diebus conuenit. quȩ tamen susurronũ delationibus violata est: obsidib⁹ qui apud theodoricum erant interfectis. Nichil enim apud dominandi cupidos probitatis aut fidei est. Libidine enim habendi reges ferũtur nec amicis nec generi indulgent suo. Interim dum se fratres odiis agitãt Clotildis mater ex clodomiro nepotes diligenter nõ secus ac ex se natos apud Parisios procurabat. Hac suspitione ductus Childebertus: quasi illos regina ad regnandũ educaret: accersito fratre Clotario quid de matre nepotibusq; pẽsitet aperit. Placuit visendi eos causa: atq; cognoscendi si illorũ ȩtas diuisa inter illos hȩreditate ad principandum idonea eẽt: ad se per archadiũ quendã mitti. Lęta nuncio clotildis dimissos nepotes patruelibus pmendat. Quib⁹ in cõspectũ adductis maiorẽ natu clotarius mox terrȩ allidit: ense p ilia adolescentis pstrati traiecto. Hic pterritus alter ad childebertũ se pripuit: orãs vt se ptegeret. Qui siue miam simulãs: siue reuera pueri misereret: clotariũ placare pgit. In quẽ indigṇabũdus rex: tu inqt hui⁹ auctor facinoris es: & nũc pœnitet pslii: aut ergo illũ piice abs te:

A patruelib⁹ nepotes occidũtur.

aut mortē meis manibus obito. Ad hæc verba dimissum puerū clotari⁹ obtrūcat. Interī dū in nepotū nece intētos reges clodoald⁹ videt: auxilio ꝓcerū dilapsus. clericatū ꝓfessus ē & sacerdos effect⁹ vitā religiosissimā vixit. Scribūt qdā vna cū pueris nutrices quoq; eē necatas. Hui⁹ sceleri imanitatē aliud nō min⁹ ihumanū ꝓcessisse tradūt ad priorē nūciū archadiū de pueris ad reges deducēdis vridanū quēdā aulicū ꝓtin⁹ clotildē regio iussu adiuisse: eiq; gladiū & forpicē obtulisse: ad anceps oblatū clotildē mussitasse: mox ex vridano q̄siuisse qd hoc oblatū ꝓtēderet: illūq; respōdisse gladiū necē: forpicē sacerdotiū in nepotib⁹ ominari: expectare se vtrū regina eligeret. Demū hesitātē reginā negasse nepotes sacerdotes fore: sed de filiis regib⁹ securā q̄ inocētib⁹ nullā vim īferēdā formidaret. Sed regnū ambiētib⁹ odiosa miseratio ē. Tā crudelē nepotū necē & si modestissime ferret clotildis: eā quoq; isequēs belli mot⁹ misera sollicitudine ꝓfecit. Theodorico quē mettēsibus iperasse scripsi vita sublato: theodebert⁹ paternum regnū suscepit. Qui aduersus clotariū i societatē belli quod iā diu childebert⁹ parisiorū rex aio agitabat accit⁹ vocanti childeberto auxilio fuit. Iūctis ergo pari fide exercitibus in clotariū ꝓficisci cōstituūt. Ea re clotildis cognita: relictis parisiis turonū abiit: diui martini ædem lachrymās ingredit. Orat religiosa mulier beatissimū confessorem p̄ces eius exaudiat: neq; sinat fratres reges: filios suos inter se cōflictari: qui tametsi cōpluribus essent inquinati flagitiis: occurrat tn̄ furētibus ne isania efferati fraternitatis quoq; obliuiscant. Clotildis oratione & bn̄ dedeo meriti pōtificis interuētu credi potest in beniuolentiā fratres rediisse. Nā cum acies nō ꝓcul cōstitissent: ortis imbrib⁹: tonāte supra modū cœlo: atq; validissimo insufflāte vento: tāta tēpestate chideberti theodebertiq; copiæ attritæ sunt: vt nichil illis sibi armorū p̄ter clipeū reliquū habuerint. Procūbentes humi milites laceris vestib⁹ & sagis diē

illũ vltimũ sibi certo eẽ credebãt: equis insup p multa miliaria diffugiẽtib⁹ rari recepti sunt: quin ipsis regib⁹ cælestis ignis q crebro fulgure ptinẽter micabat: timorẽ ĩcussit ne cũ tentoriis incẽdio vna flagrarent: cũ hui⁹ tẽpestatis nulla ꝓcella neq; vllius pluuiæ gutta clotarii militẽ attigit. Hoc terribili admodũ ꝓdigio haud dubie intellexerũt reges recte ĩ illos dei irã exerceri ꝙ innocentẽ fratrẽ bello ꝑdere cogitassent. Missis ergo ad clotariũ legatis: pacẽ vltro pollicent̃: qua vtrinq; data discessum ẽ. Hęc in agro aurelianensi apud combrũ vicũ gesta fuisse cõperio. Post hęc childebert⁹ velut ad bellũ nat⁹ esset: breui requie militibus cõcessa comitãte fratre clotario ĩ terracones mouet. Cuius belli cãm ab auctorib⁹ traditã non inuenio. Credo eũ predæ & regnandi solũ cupiditate affectũ huic bello incubuisse. Prima hui⁹ expeditiõis castra ad cęsaraugustã vrbẽ childebertus sistit. Quã circũuallatã oppugnare iubet. Ciuibus fortissime sese primũ tuẽtib⁹: cũ altera insup oppugnatione primi expectarẽt ad dei opẽ conuersi supplicationẽ decernũt. circũeunt p pomeriũ ciuitatẽ resonãte diuinis hymnis clero. Quẽ ꝯcentũ vbi aĩaduertit childebertus cognoscit p rusticolã quendã supplicationem ritu xpiano a populo fieri: vt miserto ciuitatis deo in hostiũ ptãtem nõ veniãt. Ea re cognita & ꝙ xpiani essent: childebertus rustico ĩperat loci põtificẽ adeat: moneatq; ad se in castra venire. Edoctus a rustico põtifex ad regẽ nichil veritus accedit. Quẽ affatus childebert⁹: quia inquit: o ꝓsul cõpertũ nobis ẽ vos xpi sacris initiatos esse: eiq; religiose famulari: decretũ nobis ẽ pcere ciuitati: obsidionẽq; soluere: si modo de diui martyris vincẽtii supstitibus apud vos monumẽtis aliquid nobis ĩpartiemini. Regis volũtate ad clerũ relata: sepulchrũ martyris põtifex adit: indeq; susceptã stolã & tunicã regi dono ꝑtulit. Quæ religiosissime suscepta rex ꝑsancte asseruauit. Obsidione igit̃ liberata ciuitate cũ de ꝓuicia cũ põtifice nichil ĩteruenisset digrediẽs

Mirum.

Bellũ ĩ terracones a childeberto gestũ.

Cesaraugusta obsessa est,

Reliquie diui vincẽtij.

exercitus agrum cæsaraugustanum vastauit: atqꝫ ita Parisium aduentens ędē diuo Vincencio dicat monachis ibidem institutis quibus eas quas de martyre induuias habebat attribuit. Huic monasterio diui Germani de pratis appellatio in hodiernum diem manet.

Monasterii bti vincentij extructum.

REbus in hyspania vt premissum est gestis: theodorici mors regi nūciata est. huic filius theodebert⁹ quia regno successisset. iiquo animo childebertus tulit. Cōmunicato igitur cum fratre Clotario consilio a theodeberto regnum surripere meditantur. Quorum cœptis rex prudens occurrens priusq̄ in apertum prodiret dolus: insurgenteſ in eum debita erga auunculos reges obseruātia retardauit. Eam ob rem alios sibi vultus effingens childebertus satius esse censet beniuolentia vti q̄ nepotem regem eundēqꝫ potentē lacessere quē facile superare nō posset. vocatum igitur ad se theodebertum blande excepit: preciosisqꝫ muneribus donatum a se dimittit. Adeo rara est iter principes amicitia. aut enim liuore perculsi: aut īperii maiestate feroces: aut (quod plærūqꝫ accidit) aliorum potentiam suspectam habentes: occultis inter se dolis agere solent. Interea senio morboqꝫ cōfecta clotildis mater moritur. preclarę religionis fœmina et diuo martino Turoneñ. pręsuli pręcipue deuota. Quā turono vrbe regia pompa elatā filii reges ad clodouei tumulum apponūt. Eleuatūqꝫ nunc veneratur corpus eius in capulo ac pheretro ibidē adhuc conspicuo. Eodem ferme tempore theodebertum vltima fata assumpserunt: relicto filio theodebaldo regni paterni hęrede. Clotario autem iniqua iterum fortuna aduersata est. Nam maribus liberis septem & fœminis duab⁹ cum beatus hominū opinione haberetur crānus patri contumax extitit. A quo in aquitaniā missus premere populum vectigalibus cœpit. Ea re cognita clotarius crānum domum reuocat. Qui cōtempto patris imperio ad childebertū quē non bono sa-

Clotildis moritur.

Crāni rebellio.

tis in patrez animo esse arbitrabatur se contulit. Addit ad exulceratum childeberti animum nouas indignationes. iureq; iurando se persancte astringit oppugnaturum perpetuo patrem. Securus igitur accepte fidei a cranno childebertus bello persequi clotarium constituit. Eo quidem tempore dum clotarius expeditionem in saxones haberet. Quos cum semel prospere superasset/ secundo in eos mouens q promissum tributuz non soluissent/ q̄uis prelium deprecarentur/ & imperata se facturos pollicerentur: pugna non abstinuit in qua multis francis occūbentibus clotarius cum paucis ad suessiones regressus est aduersus crānum gontrano atq; ariberto in aquitaniam clotarii iussu mouentibus. Childebertus campaniam infesto exercitu incurrit. Inde vastatis agris cum preda multa reuertentem post nonum & quadragesimū regnandi annū mors occupat. anno salutis quingētesimo quinquagesimo nono. Mortuo apud ędem vincentii martyris proxime parisios sepulchrum fuit Childeberti morte quia liberis careret omnia ad clotarium peruenerunt. Quo accessu francorum regnum magnum incrementum accepit. Sed aucto regno: auaricia clotariuz inuasit. Excogitauit enim tertiā ecclesiasticorum prouentuum partem accipere. Cuius cōcupiscentię assentientibus ipsis: vnus tantum turonoruz antistes iniuriosus restitit: dicēs. Si quę deo dicata sunt auferes: & de pauperum horreis tua perges explere: regnum a te auferet deus. Qua increpatione territ⁹ Clotarius incepto abstinuit. Eadem tēpestate inter francos erat atq; hyspanos de celebrando paschate contentio. Illi enim. xviii. Cal. Maii. hi. xii. Cal. aprilis festū diem obseruabant. Sed hec pertinax varietas finem diuinit⁹ accepit. Nam sabbato sancto dum cathecumini ad regenerationis lauacrum accedunt: salutaris apud hyspanos aqua perarruit: cum eadez apud francos redūdaret. Gregorius turoñ. chilperici ętate hoc euenisse tradit.

Cōtrouersia de paschate.

¶ Eiusdem compendii liber secundus.



Lotarius regno assumpto cráni alias cramiris (vtrūq; enim scriptū inuenio) temeritatem vlcisci pseuerat: ratus plus audere in eū cæteros: si repugnātem filiū non flecteret. habito igit̄ delectu militū: in rebellem pgreditur. Quē venientē audiens crānus ad conobaldū sibi finitimū aquitaniæ regem pergit: quo adiutore patrem plio exciperet. Sed conobaldus cū in sacellū diui Martini clotariū fugiens se recepisset: neq; inde vllis pollicitationib⁹ educi posset: imisso igni pariter cū sacello cremat̄: quod nō multo post tpe rex iussit instaurari. Mox crānus nichil moratus ad britonuʒ comitē senabutū se cōtulit: vbi receptis ex fuga militibus quū terra mariq; iustū exercituʒ coegisset pio patri filius nocens & armatus occurrit. Ordinatis ad preliū alterutris copiis de pace p legatos tentatū est. Negante pditiones pacis clotario: armis decertare cōuenit. Sed nō ignarus pater q̄ dubius sit belli exitus: dei ante oīa opem implorās. Iuste de⁹ inquit aspice: & quod dauidi regi de filio absalone iudicium fecisti michi ipartito. Atq; ita in preliū vtraq; acies cōcurrit. Diu stetit dubia victoriæ spes: demū ad clotarium inclinauit. Fugati, pfligatiq; sunt hostes. Inter quos bona britonū pars cęsa est: crāno cum vxore & liberis itercepto. Quē in scāno per lictorem alligatū cremari cum vxore & liberis duobus rex iubet: huiuscemodi supplicio crannus pœnas soluit pceptę aduersus patrem rebellionis. Crāno merita pœna affecto pr̄ accepti a deo beneficii memor in franciam reuertens ad diui martini sepulchrū se ptulit ibi de beneficiis deo gratias exhibens largissimisq; muneribus templo ditato petit preteritę ætatis sibi offensas remitti. Nec mora suessionem repetit. Moxq; (vt est gallicæ nobilitatis vana cōsuetudo) ad feras venatu deprehendēdas se cōuertit. vbi dū cursu clamoreq; supra q̄ rege dignū

Sacelli diui martini exustio

Crāni supplicū.

est curiosus oblectat̃ morbũ cõtrahit: quo languore cum annos vnũ & quinquaginta impasset absumpt⁹ est: assistẽ tibus quattuor supstitibus sibi liberis ariberto: gontrano childerico atq; sigiberto. Fuit em̃ clotarius libidini obnoxius. & ex tribus vxorib⁹ iugũde. aregũde. atq; ꝓsona mares septẽ & fœminas duas suscepit. Aregũdẽ q̃ primę vxoris soror erat ex hac cã sibi assumpsit. Rogatus ab vxore vt aregundẽ viro illustri collocaret: ad eã profectus est: sibiq; copulauit. Atq; paulopost ad iugũdem reuertens: fecit inquit mea coniũx de sorore tua quod me hortabaris. Illaʒ em̃ mihi accepi q̃ preter cæteros regni mei ꝓceres sum illustrior. Quod factũ modesta mulier æquo aĩo ferre simulauit. Patris funus filii suessionẽ vsq; ornatissimo comitatu ꝓsecuti digno patre tumulo regẽ sepelierunt. Sed priusq̃ a clotario discedo: illud nõ pretermittenduʒ reor quod cũ maxime cognitu dignũ est mirari lʒ a nullo franco scriptore lr̃is fuisse commẽdatũ. Fuit iter familiarissimos clotarii aulicos galterus yuetotus calet⁹ agri rothomagensis apprime nobilis & q̃ regii cubiculi primarius cultor esset Huic pro sua integritate de clotario cuʒ melius meliusq; ĩ dies promereret̃. reliq̃ aulici inuidẽt deprauantes quodlibet ab eo gestũ. nec desistũt donec irritatũ illi clotariũ pessimis susurris efficiũt. Quãobrẽ iurat rex se hoiem necaturũ: ꝑcepta clotarii indignatione: galterus pugnator illustris cedere regi irato constituit. Igitur derelicta francia: in militiã aduersus religionis catholicę ĩimicos ꝑgit. vbi decem annos multis prospere gestis rebus: ratus clotariuʒ simul cũ tpe mitiorẽ effectũ: romã ĩ primis ad agapitũ põtificẽ se cõtulit. A quo ad clotariũ lr̃is impretatis ad eũ suessione agentẽ se protenus cõfert: veneris die quę parasceue dicit̃: cogitãs religiosam xp̃ianis diẽ ad pietatẽ sibi pro futurã. Verũ lr̃is pontificis exceptis: cũ galterũ clotarius agnouit: vetere ira tanq̃ recenti liuore percit⁹ rapto a proximo sibi eq̃te gladio hoiem statim interimit. Tã indignã

Clotarii obitus.

Regni yuetoti principium.

Clotarii imane facinus.

insignis atq; innocẽtis hominis necẽ religioso loco & die ad xpi passionẽ recolendã celebri põtifex inęquanimiter ferens: cõfestim clotariũ repræhendit: monetq; iniquissimi facinoris rationẽ habere: se alioquin excõicationis sententiã subiturũ. Agapiti monita reuerit⁹ rex: capto cũ prudẽtib⁹ ꝯsilio galteri hęredes & qui yuetotũ deinceps possiderẽt ab omni francorũ regũ ditione atq; fide liberauit liberosq; prorsus fore suo syngrapho & regiis scriptis cõfirmat. Ex quo factũ est: vt eius pagi & terrę possessor regem se yuetoti hacten⁹ sine ꝯtrouersia noĩauerit. Id autẽ anno christianę gratię quingẽtesimo trigesimo sexto gestũ esse indubia fide inuenio. Nã dominãtibus longo post tẽpore in normãnia anglis: ortaq; inter iohãnem hollandũ anglũ & yuetoti dominũ quęstione quasi ꝓuentuũ eius terræ pars fisco regis anglorũ quotãnis obnoxia esset: calleti ꝓpretor anno salutis. M.cccc.xxviii. de ratione litis iudiciario ordine se instruẽs: id sicut annotatũ a me est cõperisse iudicauit. Hui⁹ clotarii vxor fuit radegũdis quæ p viri assensum religionẽ ꝓfessa cęlitib⁹ meruit ascribi. Patre enĩ berẽgario rege nata cũ a francis capta esset in clotarii sortẽ veniẽs ab eo ĩ vxorẽ ducta est. Sed casta mulier deo magis q̃ viro complacuit. Eius regis decreto diui Medardi monasteriuꝫ suessione inchoatũ est: sed a sigiberto filio tandẽ absolutũ. Est in anglorꝫ gestis: egilbertũ regem cũ ab iimicis ꝓpter ei⁹ desidiã risui haberet/ filiã regis francorũ cui⁹ nomen silentio pręterit vxorem assumpsisse: & cũ ea letardũ virũ admodum sanctũ in angliã nauigasse. Quo connubio egilbertus gensq; anglorũ didicit modestiã / & cognitionẽ quandã accepit vni⁹ dei & fidei xpianę. ita vt ad anglos ꝓficiscente augustino gens tota facilius xpm confessa sit: pelagii reiectis erroribꝰ. Porro quia nec filię nec regis nomen ab autorib⁹ tradit: ego tẽporũ annotationem secutus/ hunc fuisse chilpericũ coniicio/ aut primũ clotariũ. Nã p̄ clotarii secũdi tpa diu⁹ gregori⁹ põtifex roman⁹

Rex yuetoti.

Radegũdis.

Letard⁹.

augustinū ex mōasterio qđ romę istituerat i angliā pdicatiōis cā misit. Id aūt scriptū a me ideo est: vt itelligāt angli exordiū rectę credulitatis in xp̄m a frāca muliere accepisse. Anglorū fides.

C Lotario sepulto. fratrib⁹ de partiendo inter se regno ꝯsulentib⁹: cū q̄sq; sibi ptem accipe merito speraret: chilpericus cui plus igenii atq; astutiæ inerat p̄ter ætatis legē parisiū occupare contendit. Chilpericus. Paternisq; thesauris potit⁹ mox francorū nobilitatē q̄uelocissime pōt ad se vocat. Quos partim in se p̄cliues beniuolentia amiciores reddit. Alios quib⁹ aduersam in ptem pendere animū cōmodi expectatiōe cognouit: magnis admodū donis muneribusq; cōciliat. Sed vt est i gallico prouerbio: sollicitus sui est: nec dormitat i imic⁹. Cognita chilperici pfidia: amicorū opa quos parisii habebāt fratres: inscio chilperico in vrbē clam admittunt. Inde fratre deturbato ne bello res agerēt chilperico renunciāt: si p lege patria diuidi inter se regnū volet liberū sibi ad eos patere regressum. Hac cōditione proposita chilpericus parisium reuertit. Ariberto q̄ prior natu esset parisiorū regnū gontrāno aureliorū. mettēsium sigiberto obuenit. Chilpericus suessionē adeptus est. Suscepto secundum seriem cognationis parisiorum gubernaculo Therebertus q̄ aribertus dictus est nulla re insignior fuit q̄ marcanosę & merofidis stupro: quas nigebrida eius vxor seruitio habebat Quarum consuetudine rex ita depiit: vt nigebrida dimissa eas in vxorum loco habuerit. Nec deseruit: licet a pontifice germano admonitus esset. verū paucis interiectis diebus vtraq; vna cum filio quem altera ediderat repentino obitu perierunt. Sed nec diu superstes aribertus fuit. Gontrannus q̄q̄ benignior natura fuerit: petulantia tamen atq; libidine non dissimilis erat. Nam præter prostituas a se virgines: alienas quoq; nuptias spretis legitimis vxoribus inquinauit. Ab huiusmodi fœdis amoribus abhorrens sigibertus mettensium rex ad athanabildum hispa Gotrād⁹ rex aurelianorum.

Chilpericus suessionum rex

nũ regẽ misso legato gogone: brunechildẽ regis filiã vxorem accepit. Chilperic⁹ vero fratris exẽplo adduct⁹ alterã athanahildi filiã galsondã cõiugẽ expetit. Cui cũ fredegũdis qnędã forma insigni puella inseruiret insolẽs tñ mulier in chilperici se insinuauit amorẽ regẽq; ita blanditiis deprauauit: vt odio habitã galsõdã nõ vxorię dignitatꝭ: nõ fœderis nuptiarũ memor laqueo ꝑ noctis silentiũ strãgularet. Supinducta andouera nihilomagis cõtinẽs fuit. qppe q fredegondę voluptatis illecebrarũ amator ꝯsuetudie illectus tenebat. Non possũ q̄uis breuitatẽ initio sim ꝓfessus huius pellicis maliciã tacit⁹ præterire. In suessiõib⁹ loco & plebe humili nata est in vico balẽcurto specie quidẽ egregia atq; ingenio supra fœminę modũ excellenti. Igitur cũ sueuorũ infesta sigiberto gens bellũ aduersus eũ suscepisset: chilpericus fratri auxiliũ tulit. Egredienti domo cura fuit andouerã cõiugẽ grauidam fideli sibi cuipiã cõmẽdare. Huic negocio idonea visa est fredegonda: atq; ita ꝓfectus est. pariendi cũ tp̃s aduenisset fœminã regina parit: q̃ priusq̄ baptismo ablueret: ꝯsilio ex fredegonda capto: quænã idonea satis mulier ad hoc sacramentũ testis (hoc est cõmater) adhiberet. Nulla inqt fredegõda nobilior te est quã huic mysterio ap̃ponas: vt quã carne puellã extulisti: eã præterea ad spiritalem vitã regeneres. Sciebat eñ ex xp̃iano instituto nephas esse virũ mulieris ꝯcubitu potiri q̃ baptizãdo filio cõmater extitisset: eo pacto chilpericũ a reginę cõtubernio disclusum iri callidissima pellex sperabat. Abluit ex sñia fredegõdæ filia: atq; ei cui mater andouera erat: cõmater spiritali regeneratiõe efficit: childehindã ei nomẽ impones Regi domũ bello exacto reuertẽdi gratulabũda pellex occurrit. Narrat q̃ de nata sibi filia ꝯtigerant. Sed dolere se ait: ꝙ regina testis & cõmater ablutionis filię esse voluerit. Hec loquẽti fredegõdæ rex sãcte iurat si ita cõpertũ haberet: se eã vxoris dignitate donaturũ. Ingredienti palatiũ chilperico andouera filiã cõplexa sa

Fredegõ de fraus.

lutem impartiri: deq; nata sibi filia gratificari festinat. At rex exulceratus aīo: abi inquit in malá partez imprudens mulier q̄ tua me īsipiētia a tuis nuptiis exclusisti. Nec multo post tpe rex pontificē q sacrū peregisset ire in exiliuz iubet. Andouerā vero vna cū filia itra ecclesię septa vitá apd' cenomanos agere cōpellit: designatis q̄tum ad annuū alimentū satis esset prouētib⁹. Pellicem mox fredegondá in suis ambitiosus malis chilpericus vxorē accepit. Adeo nihil videntē hoīem reddit cęca libido: & petulās viuendi licentia. Nec vnō crimīe irretit eū quē deprauauit. Eniuero chilpericus legitimi cōtemptor thori: alieni quoq; appetentissimus fuit. Sigibertū fratrē suū psecut⁹ est (& vt perfidiorē dicas) grassante in eū fortuna. Ná irruētib⁹ in regnū eius infestis signis Cacano duce hunis: occupatissimoq; i eo bello sigiberto chilpericus fraternę charitatis desertor in remos ad sigibertū ptinentes incurrit quos præsidio p fratris absentiá destitutos in ptátem recepit. Verū fugatis hunis sigibert⁹ victor reuertēs copias ī suessionēsiū agruz dimittit: quē dedēte se pupulo facile cepit. Theodebertū chilperici filiū in vrbe depræhēsum abducit. Sed nō multis post diebus intercessione pr̄is liberatus est: chilperici fide interposita: q in sigibertū nullo vnq̄ tpe belluz moueret. Sed fidifragus rex nichil morat⁹ bellū redintegrat. Cuius illico pœnituit. Ná inferior factus cōpulsus est ꝓditiones pacis quas sigibert⁹ voluisset accipere. Sed nec sic quies facta. Clodoueus ex chilperici liberis burdegalam sigiberti ditiōis vrbē capit. Sed a singulfo quæm ꝓuinciæ sigibertus p̄fecerat mox exturbat⁹ Clodoueus insequēte præfecto parisiū ex fuga se recepit. Qua iniuria ꝓuocatus chilpericus theodeberto (quē diximus a sigiberto liberatuz) mandat: neustriá (q postea normánia appellata ē) adoriatur. Eá quia sigiberto parebat (receptis in ea plærisq; insignibus locis) incursionibus vastant. Eodem quoq; furore turonos pictauos lemouicas: & caturcos: nō clero: nō

Chilpericus in sigibertū frēz bellū mouet.

Bellū in sigibertuz. supat clodoueus.

Neustriā theodeb' icursat.

Theodebert⁹ occidit chilpericus cāpaniā vastat.

monachis: nō sacris ꝟginibus pcēs pdit. Eius petulātiaȝ cū gondoaldus pictauus q sigiberti ptīū erat nō parua iactura affecisset: & demū mouēte in euȝ sigiberto fugat⁹ intereptusq́ꝫ fuisset: chilpericus iniquo aīo filii morte ferēs: cāpaniā furibūdo exercitu excurrit: remosq́ꝫ iterū spoliat. In quē reductis copiis sigibertus hoīs temeritatē corripere constituit. Verū intercedētibus vltro citroq́ꝫ legatis pax icta est. Rebus inter chilpericū sigibertūq́ꝫ mature ꝑpositis in gontranni fratris burgūdionibus imperātis exitiū coniurāt. Belli cā a scriptoribus nō traditur. Inuidisse illi fratres crediderim: ꝙ ad aurelianū gontranni regnū: burgundionū quoq́ꝫ principat⁹ accessisset. Vtcunq́ꝫ res se habet: leuis existimari pōt q facilem habuit exitū. Cōstitutis itaq́ꝫ ad pugnā apud viriacū: archiacūq́ꝫ copiis: breui momēto p legatos conuētū est: trecas cāpaniæ ciuitatē ꝓficisci reges: atq́ꝫ illic pacis ꝯditiones dicturos. Quā in diui lupi tēplo reges interposito iureiurādo postea firmauerūt.

Tumult⁹ in castris sigiberti.

Abeūtibus inde regibus milites austrasii q sigiberto parebant querunī ꝙ nichil ad se neq́ꝫ gratie neq́ꝫ honoris sȝ neq́ꝫ præclarū deferret. eos omib⁹ præliis primos adesse: vltimos esse quibus aliqd mercedis a rege cōtingeret. Placere quidē cū gontranno pacē: sed chilpericū exosum habere ꝙ præter regiā dignitatē spurce viueret: hac militum tumultuatiōe tradūt sigibertū copias in fratrē nihil belli ab eo timentē immo etiā exercitu nudatuȝ cōuertisse. Hac re p nunciū accepta chilpericus suis rebus desperās q̄ festinātissimis itineribus pōt: tornacum vna cū fredegunda & liberis se recepit. Huic repentino chilperici malo incōmodū aliud fortuna īuexit. Procedēti cū copiis sigiberto magnus procerū atq́ꝫ equitū numer⁹ qui a chilperico defecerant: ad vitoriacum occurrit quos iuramento obstrictos ī exercitū admittit: præter anselmū qui integra in suum regem fide negat se sigiberto auditurū: atq́ꝫ ita dimissus anselmus ad chilpericū migrat. Cognita fratris fuga sigi-

Bellū in chilpericum.

Chilpericus tornacū petit.

Anselm⁹ ī dñm fidelis.

bertus fugientē insequi pgit. Ciuitatē milite circundat. Eo metu fractū aīo regem quū intellexit fredegōda audax facinus cogitat. Vocatos ad se clam duos quos ad negociuʒ promptissimos iudicabat: magnis pollicitationibꝰ allicit in castra sigiberti se conferant: regēq; interimant. Si salui se receperint fore vt prçclaris fortunis abundent. Sin illustri facto oppetant mortē: collaturā se templis atq; sacerdotibus donaria quibus saluti aīarum suarū bñ consulat deus Recepto a fredegūda negocio securi sui satellites in familiam regis sigiberti se insinuāt. Sigibertū mox (pueniēti eorum cœptis tpe) cōfodiunt. Ad reges neceʒ tumultu p castra exorto: siccarii interficiunt. Cū clamor & strepitus in vrbem delatus esset: nec cām sciret chilpericus: fredegōda festinans regem securo aīo esse orat: dicens tumultuari & lamentari in castris milites: ppterea q sigibertꝰ morte essʒ absumptus. Vix hæc nunciāti vxori chilpericꝰ credit. Sed multorū nūcio firmatus in castra contēdit. Cui obuii primores exercitus regē consalutāt iurantq; in vba chilpherici. Quos liberaliter regieq; primo habitos hortat̃ beniuolentiam in se fidemq; seruent. Nonnullos tñ de se bene meritos minore q̄ sperauerāt ęstimatione & gratia tractauit. Fraternuʒ deinde funus more regio curauit. Extructo suessione in diui medardi æde sepulchro vbi iuxta clotarii tumulum appositus est postq̄ annos tredecim regnasset Fratris exequiis debita religione absolutis: chilpericꝰ brunechildē sigiberti vxorem q filium childebertū parisii habebat rothomagū exulare cogit recepta ingenti pecunia quæ penes eam erat. Causa exilii fuit: q childebertum filium ne in chilperici potestatē veniret gōdebaldi ducis ministerio fune p fenestrā demissum ad mettēses deferri mandauerat. Mox ad bituriges: & eas vrbes quę ad ligerim fluuiū sitę sunt ne quid turbę molirentur meroueuʒ filiū mittit: qui eas recipiat: Sed neglecto patris iperio merouens cenomanuʒ vbi dolo fredegondę mater eius andouera

Fredegōda sigiberti necē pcurat.

Chilpericus a militibꝰ sigibti salutat̃

Merouęꝰ patni mādati sprętor.

exulabat: diuertit. Deinde brunechildis viduę recordatus rothomagũ contendit: ibiq; mulieris ingenio delectatus eam duxit vxorẽ. Qua re indignatus chilpericus: veritus ne astu brunechildis ĩ patrẽ filius armaret: rothomagũ citus proficiscit. Cognito ei⁹ aduentu noui cõiuges in templũ diui martini: quod pone vrbis muros ligneis tabulis ꝯstructũ erat: se ꝯmittunt. Ex quo cũ illos educi iuitos ꝑ legem non liceret: solita ꝑfidia rex vsus sancte illis iurat si ad se veniant nunq̃ illos a thoro separare. Egressi templo postq̃ vno alteroq; die apparatissimis ꝯuiuiis accepti a rege fuissent: filiũ renitentẽ a brunechilde parisiuȝ abducit. Quem paulopost ecclesię sacris addixit. Sed suasu gontrãdi reiecto clericatu: ad secularem vitam reuersus est. Latuit ĩdẽ metu patris in beati Martini turonẽ. templo. Inde cũ

Sortes. eruere eũ chilpericus quęreret: sortib⁹ merouęus egit quibus illa ætas ad insequentẽ modũ ipune vtebat. Dies tris apertis corã se sacris codicibus: ꝑnoctans merouęus diuinũ oraculũ expectat: reuoluto codice: in librũ regũ oculos ĩtendens: ita legit. Quia reliquistis dñm deũ vestrũ tradidit vos in manus inimicorũ vestrorũ. Secũdo dauid psalmos scrutanti mox illud occurrit. Deiecisti eos dũ alleuarent. Tertio ex xp̄i euangelio offendit. Scitis quia post biduũ pascha fiet. His tanq̃ ad se diuinitus ꝑtinentibus oraculis: confirmat⁹ merouęus: tẽplo egreditur comite gontrãdo. Inde sex ex oĩ numero seruis (gregorius scribit quingentis) secũ desumptis: ꝑ altissiodorũ atq; diuionẽ in cãpaniã migrat: vbi ab incolis depræhẽsus in desperationẽ venit: patrẽ maxime formidans. In eo mentis agone cõstitutus seruũ orat gayldũ: vt eũ perimat. a quo mox ꝑcuss⁹ interiit. Interim dũ hæc agunt: nunciat Chilperico cãpanos suessionẽ occupasse. quã mox paruo negocio recepit: interfectis ciuitatis primorib⁹ qui cũ cãpanis senserãt Eodẽ fere tpe ad turonos petragoriosq; atq; aginẽses Clodoueũ filiũ cũ exercitu legat: cui Desideriũ nobili ortũ lo

Merouę⁹ a seruo occiditur.

co consiliariũ attribuit. Per id tẽpus mõmoleus a gon trando regioni præpositus: accepto francorũ aduẽtu: cõtractis copiis in eos mouet. Cõmisso prælio mõmoleus nõ sine suorũ cęde victoria potitus est. Nã ex suis quos in aciem mõmoleus eduxerat milia quinq; desiderata sunt. cũ ex clodouei exercitu viginti quattuor milia cecidissent Mommoleus. Magna strages

Tam graui chilpericus incõmodo affectus bello tamẽ nõ abstinuit. nũc hinc nũc illinc arma circũferens. Abstulerat chilperic⁹ Varroco britonũ regi vrbes quasdã. Quas ne repeteret verit⁹ aduersus eũ (si forte incautũ intercipere posset) pictauis atq; andegauensib⁹ mandat copias cogãt & varrocũ insidiis fallere tentent. Cui⁹ rei gnarus fact⁹ varrocus exercitũ parat. itẽpesta nocte hostẽ iuadit. funditq; multis occisis. Sed tertio post die chilpericus cũ britone pacisciť. misso ad eũ obside filio restitutisq; quos occupauerat locis. quib⁹ etiã addidit & vãnas maritimã vrbẽ cõditiõe annuę pensionis apposita. Tot bellorũ turbinibus ĩpeditũ regem fredegonda nihilominus sollicitat: mulier ad discordiã nata. Erat Prætexat⁹ rothomagorũ archiflamen: hunc detulit regina cõsiliatorẽ nuptiarũ brunechildis cũ merouco extitisse. eiq; aduersus chilpericũ consensisse. Brunechildis quoq; cũ p̃ciosiora bona apd' se habuisset. ea mulieri (nesciente rege) restituisse Muneribus præterea apud pp̃lm egisse vt chilpericũ occiderent. qb⁹ irritat⁹ iam in prętexatũ regi⁹ anim⁹: odio indies magis torquebať. At quia p̃suli man⁹ inferre nõ temere audebat: cõtrahit in Petri apostoli templũ episcoporũ consiliũ in eo præsentẽ Pręrexatũ insimulat eorũ quæ supra a fredegõda suggesta fuisse rettulim⁹. Quæ nullo teste cũ a rege tantũ dicerenť: sanctior pontificũ sentẽtia (quã seq̃bať gregorius turoneñ.) ꝑpitiari p̃texato videbať. Plerıq; in diuersam partẽ adducti chilperico scilicet assentabanť. Inter repugnantes igitur sentẽtias quãdoquidẽ chilperico nõ pateret via pręrexatũ dãnãdi: pauci qui partes eius tuebanť

Bellũ aduersus britones.

Fredegõda Pretexatum accusat.

epis negocium chilpericus dat: pretaxatũ conueniant. regis benignitatẽ patefaciant. qui in humiles etiã crimie cõuictos indulgentissim⁹ sit. Si culpã cõfessus ad misericordiã cõfugerit: asserant se prætexato liberalissime oĩa remissurũ. Suasus ab epis prętexat⁹ ĩ cõsiliũ venit. aduolutusq̃ ad pedes chilperici: maiestatẽ se regis quidẽ offendisse cõfitetur: sed pientissimũ regem esse q̃ lapsis misereri nõ neget. Ad hæc prætexati verba sella regia exurgens rex: mox in genua demissus: quasi humilitate simul & regia mãsuetudine contionẽ flexurus eẽt. Vos inq̃t reuerẽdissimi p̃sules confitentẽ reũ audiuistis. Rubore moti pontifices q̃ regem humi demissum intuerent̃: eũ erigunt. Quo vno tñ rex assentiri sibi patres interp̃tatus: ad palatiuʒ redit. inde missis ad consiliũ q̃busdam pontificii iuris canonib⁹ q̃b⁹ iudicatos maioribus criminib⁹ sacerdotes dignitate exui mãdabatur: Bertrandus in primis burdegalensiũ antistes ad prætexatũ ꝯuersus: dudũ inquit ẽpe frater cõmercium tuũ non erubuimus Nunc absq̃ regis beniuolentia communionẽ tuam admittere non possumus: atq̃ ita prætexatus consilio extrusus est. Quẽ app̃hensuʒ rex ergastulo seruari mandat. Inde cũ liberat⁹ ferme noctu euaderet: cõtumelia vulneribusq̃ affectus tandẽ in insulã constãtianę diocesis relegatur. Ad hunc modũ chilperico seuiente: cũ nec suis parceret nec alieno abstineret. Gontranus aureliæ rex Childebertũ nepotẽ q̃ mettensiũ regno p̃erat accersit. Eo apud pontem petreũ coram posito: orbus inq̃t amantissime nepos sum liberis nec sobolis michi spes per hanc ætatem vlla relicta est. Te liberorũ loco habere constitui: ita vt filius adoptiõe me⁹ sis. Regni bonorũq̃ hæres esto: nec me secus ac patrẽ colito. Gontrano hæc dicenti quia puer erat childebertus cũ ample satis respõdere non posset vnus ex proceribus aulicis grãs copiosissime egit. Dein de muneribus vltro citroq̃ datis atq̃ acceptis de chilperico habita sunt verba. qui ambitione & armis terras ad gõ

Pretexatus pontifex in exilium.

tranū ptinētes occuparet. Eā ob rē ad chilpericū mittūt q ablata recuperent: alioqn bellū denuncient. Quo nuncio indignatus rex supra quā solitus erat ira incāduit. Ad hāc quoq; regis pturbationē alia a britonib⁹ orta nunciantur Hi infesto agmine in agros redonicorū ingressi ad cornu tū vsq; vicū oia populabant. Quos vt ab incursionib⁹ reuocaret domū bibolenū bello assuetū hoiem chilpericus cū multis copiis i britones mittit. Quorū terrę duce regio nauetū vsq; vastatę sunt: atq; ita repetentes domū britones qui in redones grassabant: non multo post francis britania exeuntib⁹: hostis brito iterū ꝯuertitur. Interea inquies chilpericus Pictauos qui theodeberto parebant in potestatē accepit: fugato theodoberti pfecto. Et quo magis regis huius efferatissimos mores stupeas. Cum dacus qdā falso ne an vero crimine delatus a soustrio duce in carcere chilperici iussu teneret: quia scilicet admisso ad se i carcerem sacerdote: peccatorū pœnitentiā (incōsulto rege) fecisset necari ꝓtenus iubet. Nec finis erat malorū chilperici Legem fert: singulos qui vineas vel possiderēt vel colerēt pendere quotānis in vsum regis vini vrceolū. i. amphorā Cui tributo legendo marcus qdam apud aquitanos qstor positus dum pensiooem supbe contumeliose q; exigit a lemouib⁹ occiditur. Inter hæc continuis imbrib⁹ aruernia mense septembri inūdauit ita vt melior eius pars quā alemaniam vocant stagnaret: & lacus esse putaret. Quam ob rem sementē facere agricola nō potuit. Amnes quoq; liger & melacris supatis ripis cōfusi: in agros se diffuderūt pecora cū segetibus rapientes. Rhodanus pterea pter morem excrescens: se arari permiscuit. Quo diluuio plurimę ædes / & muri burdegalę vrbis partim corruere. Defluentibus tandē aqs: cū solū apparuit: gratissimus flos decor arbores vestiuit: nullo inde fructu suscepto. Visum itē est p turoniā frequens & stupendum fulgur: cū fragore arborū. Apud burdegalem terræ motu perterriti ciues in alias

Bellū i britones.

Crudelis chilperic⁹

Chilperici qstor a lemouicib⁹ necat.

Inundationes & seuitie celi.

ciuitates se receperũt. Nec pyrhenus mons hũc tremorẽ ignorauit: ruẽtibus inde grãdibus saxis ad hominũ pecorũq; perniciẽ. Ignis etiã cælesti in burdegalẽ demissus cõplures vrbis domos vna cũ areis consumpsit. Simile incẽdium aurelia ꝑpessa est. In agro carnutiũ ex effracto pane sanguis ꝓfluxit. Et densissima grãdo grauẽ biturigib⁹ calamitatẽ importauit. Quæ mala secutũ est alui ꝓfluuiũ & æstuãs febris quibus morbis comes erat vomitus & renũ dolor/ cum capitis & ceruicis grauedine. Interim chilpericus feruenti febre maceratus est. Conualuit tamẽ mox sanato patre vnũ ex liberis recẽtius natũ morbus occupat: qui lauacro sacro postq̃ ablutus est: dolore leuat̃. Sed nec infantis salus fredegondæ diu iucũda extitit. Maior natu qui erat ei fili⁹ ea profluuii pestilẽtia intabuit. qua omnis ferme chilperici cognatio velut aliquo desuper imisso cõtagio cõsumpta est. Tot igitur malis crebrisq; doloribus admonita sui fredegõda regẽ adiit. Memorat dei bñficia quibus cũ amplissime donati essent: igratissimi tamẽ plurimis sceleribus se cõmaculauerunt. Nunc eorũ quæ flagitiose ꝑpetrassent vindicẽ adesse deũ: qui liberis inquit nostris vno tẽpore ęgrotãtib⁹. cognationis quoq; nostræ bona parte fato vltimo sublata: nos vlciscĩt. Dũ prospera nobis fortuna blãdiret̃: ferebamur elati ad omnẽ iniuriã. rapuimus aliena. subditis legũ iniquitate grauatis nichil pepcim⁹. nec a genere nostro tẽperãtes: alios opprobriis: alios carcere atq; alios exilio: nõnullos parte bonorũ mulctauimus: plurimos vindice ira morte sustulim⁹. iã igitur sua nos deus iracũdia vt resipiscam⁹ pulsat: cuius patiẽtiã lõgitudine peccãdi habuimus irritã. Execremur oro chilperice priorẽ illam vitæ cõsuetudinẽ: & tẽtemus vera pœnitudine placare/ quẽ tã multis flagitiis offendim⁹. Chilpericus hac fredegõdæ ꝓploratiõe ꝑmotus. simul q̃ tris sibi filios breui t̃pis interuallo mors eripuisset benignior deinceps fuit. atq; quã de vinearũ cultorib⁹ legem tulerat

Morborũ illuuies.

Chilperici domus ifortuniũ.

Uexatio dat intellectum.

abrogauit. dei tẽpla magnis donariis cumulauit. inopes frequẽti liberalitate cõsolatus. Filiũ clodoueũ altera vxore susceptũ quẽ impellẽte fredegõda vinctũ in castello brẽnę habebat cum occidi imperasset custodia eduxit. Adeo maxime potẽs est reuocare ad bonã mentẽ insaniẽtiũ animos virtutũ stimulus aduersitas. Erat gõtrano regi vxor austrigildis maligna mulier & sęua. Quæ eadẽ peste laborans: cũ sentiret nulla sibi medicorũ ope posse subueniri: ad virũ conuersa: ecce inquit mi vir in mortẽ eripior propter potiones quas medici cõfecerũt. Te per cõiugii fidez obtestor: cũ e vita excessero: cura ne pereã inulta. Iube medicos duos quoruz dolo morior capite dãnari: vt par dolor sit eorũ beneuolis: qualẽ meis ꝓiector amicis affuturũ Hac vxoris querela motus rex: funere statim expleto inocẽtes medicos necat. Per id tẽpus longobardi partẽ italiæ occupãtes mauricio imperatori nõ parebãt. Eos quia id nec modeste ferre nec exturbare hostẽ cõmode mauricius posset. tentat chilpericũ pecunia. si forte aduersus illos cõparato exercitu italia expellat. Chilpericus mille auri põdo ab iperatore missa accepit. statimq́ in lõgobardos mouet. At illi cũ in aciẽ ꝓdire munitis locis defensi nõ auderent: chilpericus grãdi pecunia ab illis donatꝰ: pace data in franciã reuertit. Ea re cognita mauricius ꝑ legatos chilpericũ monet aut pecuniaz restituat: aut veluti cõuenerat hostẽ lõgobardũ italia deturbet. Chilpericus q parui (vt fere oẽs) iperatorẽ haberet: nullo illũ respõso dignatꝰ est. Quẽ nichilominꝰ res quã mox narrabimꝰ: mitiorez fecit. Nigegonda chilperici soror hermegildo gotho nupta (q hyspaniæ cũ patre hẽgildo imperabat) virũ arriana ipietate deceptũ tum sua tũ leardi sanctissimi viri opa ad rectã fidei regulã reuocauit. Qua re ꝑ gonsaldã ad regẽ hẽgildũ delata virũ suũ hermegildũ pater dominicę resurrectiõis festo die i ergastulo securi trucidauit. Progressusq́ ad maliciã multis ꝑsecutionibus affecit xp̃ianos. Cuiꝰ vt sæuitiã

Austrigildis.

Mauriciꝰ impator. Lõgobardi i italia.

Chilperici auaricia.

Nigegõda gotho rũ ꝯtumelijs afficit

fugeret Nigegūda: hyspania excedere & ad frācos ꝓficisci tētauit. In itinere a militibus bisantinis quos aduersus gothos Mauriciꝰ imperator ī armis habebat cū filio depræhendiſt. Illa dum ad mauriciū duciſt: merore confecta mulier interiit: filius constātinopolim ad mauriciuꝫ ductus est. Chilpericus & filii & sororis acceptis īiuriis: grādi exercitu coacto in hēgildū persecutionis autorē mouet. Fiunt vtrinqꝫ & prælia & cædes. Sed gothorū lōge plures. Quibus abunde satiatus & ingēti præda onustus chilpericus domū se contulit. Reuersum mauriciꝰ ꝑ legatos hortatur lōgobardos sicuti data fide conuenerat italia expellat. Negociū chilpericus eo libentius suscepit: quo sororē filiūqꝫ faciliꝰ ad se remitti sperabat. Naꝫ de sororis morte nondū cognouerat. Ea expeditio irrita fuit. Orta enī ab alemanis qui chilperico auxiliares venerāt in frācos seditione regeꝫ arma ꝓmouere nō ꝑmisit. Nec multo post chilpericꝰ cuius militia in homines multis fraudibꝰ ꝓspicua esset: in deum quoqꝫ impietatē meditatꝰ est. de diuina siquidē trinitate ita credi voluit: vt non tres in illa discretas ꝑsonas: sed vnā ꝯfiterent quā patris interdū noīe: iterdū filii: nonnūqꝫ spiritus sancti sacræ litterę designarēt. De qua etiā ꝑnitiosissima heresi ad pontificē atqꝫ in primis gregoriū turonē sem litteras dedit. Vtqꝫ idoneos suo errori testes adhiberet. hylariū augustinūqꝫ primę inter xpianos auctoritatis doctores in hac ꝑte esse ꝯfirmat. At gregoriꝰ homo in primis sanctitate spectatꝰ: regē admonet: caueat dei indignationē tanta impietate ꝓuocare: impiū maxime esse quod diceret: nec religioni catholicæ conuenire. quinetiam eos quos in testimoniū citabat tā religioso dogmati repugnare. eosqꝫ longe secus scripsisse & docuisse. Aegerrime tulit chilpericus gregorii respōsum: atqꝫ ira feruēs: a pontifice igiſt inquit cōsiliū de hac re capiemꝰ. Mox ad regē veniēti saluio albigeñ. quodā ex aulicis epō heresim patefacit. ꝓducta etiā charta impietatē ꝑtinēte: eāqꝫ ad aures pōtificis

Bellū in hyspania

Chilperici īpietas in deum.

secreto recitauit. Sed tãetsi salui⁹ animũ in re presenti cõtinuit: vultus tamẽ indicio itellexit rex sacerdotẽ ei nõ astipulari. Et cũ reliquos oẽs idẽ facturos: repugnaturos quoq; sibi dubitaret: i sentẽtia nõ pstitit. Tradũt auctores chilpericũ: cuz grece latineq; eruditus mediocriter esset ad litteras nostras tres insup grecas αθω intulisse. q & in diplomatib⁹ atq; chirographis ei⁹ de donatis ecclesiæ puẽtib⁹ ex scriptis plurimo post tpe pmãserũt. Interea lẽdascus turonis a rege prepositi⁹ comes: q populũ duri⁹ infestaret: gregorioq; antistiti ciuitatis irreuerẽs atq; ifestus esset: magistratu remouet. Nã per id tẽpus regẽdis puinciis comites pficiebãtur non secus ac magistratus quos balliuos senescallosq; nũc rex instituit. Hiq; pro regis libidine dimouebant. Qua insignis ignominia lendascus gregoriũ proditionis isimulat: q scz turonũ vrbẽ gontrano pdere cogitaret: ausus q; esset reginã stupri cũ bertrando burdegale põtifice psuetudine cõtaminare. Cuius lasciuiæ assertorẽ lendascus effecerat quẽdã riculphũ gregorio aliquãdo familiarẽ qui sacerdoti obtrectans cũ quaten⁹ poterat maledictis psequebat. Ea re grauiter permotus rex pciliũ episcoporũ ad brẽnacũ oppidũ contrahit. In eo gregori⁹ cũ nullius in regẽ offense cõsciũ se diceret: simul psancte more maiorũ tertio iurasset: nichil eorũ quæ ad regem de eo delata essent cõmisisse. Ea assertione purgatuz esse gregorium conciliũ iudicat. Tunc coraz introduci lendascũ rex mandat. Sed cognito patrũ iudicio sibi timens lendascus perfugerat. In contumacẽ lata excõmunicationis sentẽtia est. Qui diu pfugus amicorũ ope chilperico reconciliat⁹: cum reginã pacare speraret ad eam in sacello orãtem accessit: petitq; humi pnus remitti sibi quæ peccasset prostratum sacello excedẽs regina despexit. Sed nec sic desperans lẽdascus auariciæ recordat⁹ muliebris: muneribus reginã mãsuescere posse sibi psuadet. Ipse ad nũmularios veniẽs dũ pciosiora quæq; venalia pquirit: a regine satellitib⁹ cũ

Lendasc⁹ comes.

Quid comes.

Accusat grego. turonẽ.

depræhēsus esset: vno illorū grauiter vulnerato elapsus: dū ad sublitiū pontē qui sequanā iungit: altero pede inter duo male commissa tigna ꝓlapso crus fregit. quē vrbe exportatū q̄q̄ rex curari mādaret: reginæ tamē iussu gulam eius satellites infregerūt. Riculfo vita itercessore gregorio donatur. Sed tormēta nō euasit donec dolos oēs detexit.

Ledastus necatꝰ.

Nō facile obliuiscitur sui scelerū insueta malicia. Fredegonda quæ filiis oībus orbata pœnitētiā ꝓfiteri videbatꝛ: Clodoueū quem diximꝰ custodia a patre emissuȝ ꝑsequi rursus ꝑseuerat: ea maxime causa ꝙ illū chilperico successurū hæredē formidabat. Et ne hoc sibi dolere mōstraret: fingit causas quāobrē patri merito foret odiosus. Erat clodoueo cū scorto quodā voluptatis cōtuberniū. Eiꝗ scorto mater erat vetus. Vtraꝗ ad reginā delata est: illa ꝙ multorū causa malorū esset. Hæc ꝙ maga: & per maleficia demoniacę artis fredegondæ liberos sustulisset. Depræhensam igitur pellicē fredegōda palo transfigi ante clodouei ædes mādat. Matrē longo cruciatu per tormēta examinatam crimē confiteri coegit & cōfessam cremari. Nec cessat cædis appetēs mulier: donec clodoueū exterminet. Orat igitur regem pœnā de filio sumere: cuius assensu tris filios amisisset. quiꝗ regnū patre superstite affectaret. Chilpericus nichil mulieri negare assuetus: venatū proficiscēs clodoueū vna venire iubet. Dum ad siluā ventū est: ligatum filiū ad fredegondā mittit pater. Illa coraȝ positum rogat qui sint ꝓceres qui partes eius aduersus chilpericū tueanꝛ. Clodoueꝰ vt fœminæ timorē suspitionēꝗ incuteret plærosꝗ ex fredegondæ seruitio nominat. Mox custodiēdū militibus clodoueū tradit. imperās vt in costas eius traiecto gladio necēt: relicto in vulnere mucrone quasi mortē sibi ipse cōsciuisset. Eius necem perfacile chilpericus tulit. Sepulchri tamē honore dignatꝰ est: & ad matris tumuluȝ humari. Hinc ad exhibēdos populo vetustissimo romanorū more ludos se cōuertit. istituto suessione circo itra

Fredegō de ptinax in malicia animus.

Clodoueus fredegonde iussu occiditꝛ

quē equites in girū cursitarent. Causa interea belli chilperico incidit. theodoro massilieñ antistite de sede eiecto fortunisq; eius oībus autore dynāno direptis q terræ ꝓuinciæ sub rege gōtrano imperitabat. Hūc theodorū ad childebertū fugientē gontranus depræhendit. Ea re cognita childebertus cui ex dono gōtrani dimidiū vrbis massiliæ attinebat. gontranū legatis missis petit debitā sibi partē restituat. Negat se gontranus regis iussa facturū. Quinimo oībus aditis ꝓsidiū imponi iubet. ne aduenieñti childeberto pateant viæ. Erat regi gondesillus summo genere natus ꝓfamiliaris. Hunc ducem copiis præfectū massiliā childebertꝰ mittit qui ciuitatē recipiat restituto theodoro. Accedenti gondesillo massiliā ingredi dynānus ꝓhibuit. Qui non multo post verbis suasus gōdesilli ad beati stephani templū quod extra vrbē nō ꝓcul a muro est venit. quem vnicū ad se admissū gōdesillꝰ de theodoro expulso. deq; rebꝰ male ab eo peractis arguit. Et nihilominus mandat vocari ad se primores ciuitatis apud quos erat illi a childeberto mādatum negociū. Dynānus hac re territꝰ supplex orat id ne faciat. paratū se esse patefacere illis vrbem. Et deinceps iurare in verba childeberti theodoroq; pariturū. Dimissus dynānus ꝓmissa implet. Massilia igitur recepta & theodoro restituto ad childebertū reductis copiis gondesillus reuertitur. At dynānus abeūte gōdesillo ad Gontranū mittit q Massiliā recuperet. Cui tñ cœpto theodorus obstitit. Ex hac causa quæcūq; superioribꝰ annis inter childebertū gōtranūq; pacta cōuentaq; erant irrita habita. Erat childebertus chilperici ex fratre nepos. q Gontrano cum infensus esset gillonē remorū antistitē quibusdā sibi ꝓceribus attributis ad chilpericū mittit. occasione hinc sumpta vt supioris anni fœdus iter reges cōstitutū fide scriptisq; firmaret. sed primaria legationis mittendæ causa fuit vt de gōtrano quereret/ cum quo nec fidem nec amiciciā cōseruare potuissꝫ. quā obrē inqt gillo childebertꝰ tuꝰ o chil

Cā belli chilperici.

perice nepos te petit liceat iūctis copiis vřis in gōtranū arma sumere. vt q̄ tibi atq; illi pfidus priceps abstulit recipiamus. Letus aūt orone chilperic⁹ cōueta oīa grata habuit Bellū insup quod iādudū agitabat ab vtroq; rege geri placere respōdit. Nec mora exercit⁹ paranř. q partitī agminibus incedētes bituriges inuadūt partē copiarū desiderius vir strēnuus ducebat. Huic ad mediolanū castellū cui nomē nūc ē magdunū bituriges cū quindecim milib⁹ armatorū occurrūt. Pugnatū est ęquo marte & ex vtraq; acie septē hoim milia cecidisse referunř. Dū vtrinq; pugnař: reliqui duces berulfus andegauorū pręfect⁹: & bladasc⁹ obsidione vrbē cīgūt. Gōtrāno subsidiū suis ferre festināti nūciatū est partē hostiū e castris prędatū abiisse: eosq; non pcul abesse. Quo cognito gōtranus militē in armis paratū esse iubet. Inuētos mox prædones non magno labore fudit. Postq̄ oēs regū copiæ quasi ad pugnā istructe mutuo se conspectu intueri possent spectatissimi hoies vt quisq; suo regi assistebat: metientes aio quid in cōmodi si pręlio decertaretur contingeret: vltro citroq; cōmigrāt: si forte irritatos regum animos reducere ad beniuolētiā possent. Nec inanis fuit labor. Ita constituta est res vt ablata restituerentur. Discedentibus copiis chilpericus suis imperat cōtinere a præda & rapinis manus. Cuius rei preuaricatorē qui rothomagorū comes erat incādescēs chilpericus gladio trāsfixit. Hoc exēplo reliqui absterriti ptinētiores ibāt

Bellū i biturigibus aduersus gontranū

Per hos dies cometa visus est fusca nube circūdatus radio vno fulgens. Suessione cęlū ardere pspectū est. Parisii sanguis a nube i multorū vestimēta stillauit. Siluanecti iterior cuiusdā agricolę dom⁹ sanguinolēta inuēta ē. Post huiusmodi pdigia inguinaria pestis multos absumpsit. Dū hec geruns theodorū quē fredegōda peperat ifantē mors rapuit. Ei⁹ iteritū mater quorūdā suasu i momoleū cuius supra feci mētionē atq; in quasdā mulieres magas trāsfert. Mulierib⁹ deprǽhēsis cognoscit eas quidē cōplures iter-

Prodigia varia.

Uindex chilperic⁹

emisse. quorū cruor ad momolei salutē ꝓfuisset. Deinde theodorū quorū quoq; i similē vsu fuisse necatū cōfitent. Sūptū est de illis suppliciū. Alię viuæ crematæ: alię circū-acte. Momoleū cū chilpericus morte affecturus esset a fredegōda rogatus dimisit. Sed cū esset variis tormētis toto corpe macerat⁹ paulo post iteriit. Hūc fredegōdę maternū dolorē Clotari⁹ qui ex ea nō multo post nat⁹ est īfans oblitterauit. Cui⁹ exortū tāta leticia chilperic⁹ excepit: vt recludi ergastula & custodias laxari emissis inde victis mādauerit. Sed (vt sūt res hūanę) lęticiā mœror itercepit formidāte chilperico gōtrani aduersū se atq; childeberti cōfœderationē. Eā ob rem thesaurū suū omnē & pręciosissima quæq; exportari cameracū iubet. Quā vrbem scilicet munitissimā incolere & in ea se tueri statuerat. Tantus illi metus a fratre nepoteq; fuit: vt in agris tentoria non secus ac in bello haberet in eisq; pernoctaret: militibus ad excubias vigilantibus. Adeo meticulosa est malorū testis conscientia. Ad omnia pauet dum nemini cōfidit. Interea tamen ad vicum callem qui a materna flumine non procul abest positus venationibus se oblectabat. Ad quas cū die quodā se parasset: in cubiculū Fredegonde ingressus cum eam quietis causa decubantem vidit: tenui admodū quē gerebat baculo Fredegōdam a tergo ludens pcussit. Quo ictu in partē alterā vt ludētē cognosceret se regina nō pvertit: sed suspicata landericū eē qui palatio præerat. landerice inquit vt quid me ferire audes? Huius landerici vxorē Chilpericus stuprabat: quare Fredegondæ responso perculsus suspectam de adulterio fredegondam habuit: atq; ita leuandi mœroris cā venatū pergit. Fredegonda rege a se abeunte sensit verbo offensum esse Chilpericum quare verita id quod vero simile erat ne regis animo suspitio stupri altius insideret: mulier multis homicidiis insignis ausa est memorabile facinus tentare. landericum clam ad se vocat: quæ sibi contigerāt meminit. Monet non cubi-

Clotari⁹ secūd⁹ nascitur.

Fredegōde in regē sceius.

biculum sed sepulchrum cogitet. Haud dubiũ sibi esse: regẽ pro confesso habere: landericũ cum ea consuetudinẽ fecisse illiciti amoris. Turbatus aio lãdericus præsentẽ adesse sibi mortẽ arbitrat̃. seq; veluti iã captũ rapi ad supplicium putat. Quẽ supra q̃ virilẽ aim decet cũ videret fredegõda intabescere: vna inqt landerice res est quę nos a periculo eximat. Solet a venatiõib9 chilperic9 nocte plurima domũ reuerti. Age igit̃ impigre & facinorosos quosuis homines & sanguinarios pecunia muneribusq; sollicita q̃ p noctis caliginẽ chilpericũ ex equo descendẽtem citis vulneribus necẽt. Hoc pacto & mortẽ supauim9 & regno potiemur. Reginę cõsiliũ secutus lãdericus sicarios in insidiis locat. Hi vt conuenerãt regẽ inter tenebras adoriuntur atq; interimũt: atq; noctis bñficio defensi ppetrato homicidio exclamãt chilpericũ interfectũ esse: & quasi homicidii expertes ipi essent childebertũ auctorẽ paricidii vociferant. Aulici ascẽsis equis huc atq; illuc deprahẽsuri fugientes homicidas frustra discurrunt. Madulphus siluanectẽsis pręsul eo tpe aliqd negocii in curia habebat. Is rege cęso sepeliendi officiũ exhibuit. atq; naui impositũ secundo flumie ad diui germani de pratis quàm rex extruxerat ędẽ extulit. vbi etiã nũc eius sepulchrũ visit̃. Tã misero vitę exitu chilpericus regnũ reliquit hõ impudẽs arrogãsq; q̃ cũ amicũ neminẽ obseruaret: nemo illi amicus fuit. Exscripserat nescio quot libros i cõdito versu. aliosq; nõ paucos. quos impiã scz rem cõtinentes viri sapiẽtia pbari deletos prorsus exterminauerunt. Sed iuuat me chilpericũ a tergo relinquere. pauperũ qdẽ abiectorẽ. sacrarũq; ędificiorũ osorẽ. irrisorẽ insup eccł̃iastici ordinis q̃ pluris semp existimauerit recenter ad fidẽ cõuersos: q̃ eos quos diuturna religio cõmendabat: illis ecclesias attribuẽs: his praro ministrãs: vni tantum germano parisiorum antistiti obseruantissimus fuit. Cuius sepulchrum hoc a se edito epigrãmate dignatus est.

Ecclesie speculũ: patrię vigor: ara reorum.
Et pater & medicus pastor amorq; gregis.
Germanus virtute/ fide/ corde/ ore beatus:
Carne tenet tumulũ: mẽtis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerũt fata sepulchri:
Viuit enim. nã mors quã tulit ipa timet.
Creuit adhuc potius iustus post funera. Nam qui
Fictę vas fuerat gẽma superba micat
Huius opem ac meritum mutis data verba loquunt.
Redditus & cęcis prędicat ore dies.
Hunc vir apostolicus rapiẽs de carne tropheum.
Iure triumphali concidet arce throni.

Cilpherici igit ingeniũ & mores execrari debebit qs quis ad gerendã rempublicã optimus accedet.

Vnc fredegõdę reliqas persequamur. Interẽpto chilperico fredegõda suis fortunis timens: se cũ omnibus opib9 ad btẽ marię parisiensis ędẽ tan q̃ ad asyllũ transfert. Quã liberaliter accepit loci antistes. Thesaurũ q penes chilpericũ erat dum apud callam ageret quidã aulici auferentes ad childebertũ pertulerunt. At fredegõda rebus suis filioq; tuti9 ꝯsultũ iri cupiẽs gõtranũ aurelię regẽ p nũcios orat: sibi clotarioq; tutor assit. Nac tardat gontran9: venienti vrbe egressa fredegonda obuia ꝓgredit. Suscepta nepotis tutela p regni insigniores vrbes circũferri clotariũ infantẽ iubet. Qui clotarium circũferebãt ꝓceres vrbes gõtrani noĩe ĩ fidẽ recipiũt. At gontran9 popularis incõstantię non ignarus cũ in ęde diuę marię esset: ingensq; populi turba astaret: facto silentio Viri inqt parisienses q huc conuenistis vos oro: seruate stabilius in me fidẽ q̃ in fratrẽ habuistis: vt & meũ nepotẽ in pace educare & vos iusticia moderari possiz. ne (quod nolit deus) aut ille sine tutore: aut vos sine administratore periclitemini. Gõtrani oratione lętus ppl's: principis humanitatẽ fidemq; collaudat: deũ pręcatus: vt illum saluũ fau

Gõtran9 Clotarij tutor.

stumq; seruet. Fuere p id tps motus quidã belli repetente gontrano loca q̃ childebertus occupabat. Sed ganescus pictauorũ comes qui childeberti partes tuebat̃ lemouicẽses ipsosq; pictauos in fide ptinuit: turonos præterea tentauit. sed repugnãte vrbis antistite ciuitas in fide gontrani pstitit. At nõ multo post childebert⁹ quẽ post chilperici necem parisiũ aduenientẽ ciues non admiserant: gillonẽ3 remẽsem quibusdã adiunctis ei illustribus viris: ad gontranũ ire iubet. Admissis legatis/ gillo assentatione vsus principio gr̃as deo egit: q gontrano tã clemẽti & potẽtissimo regi pacẽ sincerã tribuisset. Nec vltra tulit gõtranus verba pontificis: sed dicere volentẽ intercipiẽs: non inquit pessime presul blanditiis istis libens (te maxime orãte) auditũ exhibeo. Oim em̃ q sunt cũ sis perfidissim⁹: tu prętextu line hujus vestis religionẽ prę te ferens: fraude, pditioneq; oẽs fallis. Te em̃ psultore vrbes q̃ ad me ptinẽt cõplures incendio absumptę sunt. Sic loquẽti regi gillo nihil respondit. Sed alter legatorũ q̃ a childeberto mãdata erãt paucis ad insequentẽ modũ elocut⁹. Gloriosus inquit rex nr̃ childebert⁹ nobis pręcepit repetere abs te paterni regni pte3: quã tu illi gontrane ademisti. Respondit gõtran⁹. iãpridẽ ad hęc respondisse. se nihil a childeberto preter pventorũ formã vsurpasse. Eapropter q̃ legitime possideret se retenturũ. Nisi tm̃ ea q̃ vl' gr̃a forte vel liberalitate donare decreuisset. Ergo cũ intelligeret legat⁹ frustra aduersus regẽ ptẽdere: quandoquidẽ inqt legatio nr̃a non pcedit. Reliquũ est quod ad extremu3 pro tua iustitia impetrem⁹. Est apd' te fredegonda chilperici relicta q̃ sigibertum principis nr̃i parentẽ & supra paucos dies chilpericũ interemit: mulier digna affici multis suppliciis. Propterea petit childebert⁹ hãc ad se dimitti. Cui ob scelerũ immanitatẽ pœnas vt par est irroget. Legato gontranus respondit: iniquũ sibi videri ad pœnas rapi mulierem regio nuptu insignem: & quã non putaret culpam contraxisse eorum q̃ illi obiicerẽtur.

Gillo remẽsis ad gõtranum legatus.

Atq; ita irrita legatione abeuntibus legatis / primarius ille locutor: gõtrane inqt magne rex postq̃ pacẽ abnuis: scito iam securim qua tuus frater interemptus est capiti quoq; tuo imminere. Ad hęc verba commotus rex extrudi palatio legatos iubet: eosq; luto cœnoq; per viam euntes cõtaminari. Hinc graues inter reges inimicitię ꝯflatę sũt. Gõtranus post hęc fredegondã in neustriã emittit: vbi nõ ꝓcul Rothomago incoleret. Ad quã ex francorum nobilitate nõnulli ꝓfecti tanq̃ fortunę eius misererẽt & operã illi suam pollicitenẽ. At cognito q̃ prętexatus quem in custodia Chilpericus habuerat a Gontrano liber factus esset: indoluit vehemẽter fredegõda: q̃ ex fastigio regiæ dignitatis delapsa / tã parui haberet. Accedebat ad dolorẽ brunechildis pręsens fœlicitas. quã se potẽtiorẽ & magis honoratã iri cõspiceret. Quo liuore cruciata mulier: audacẽ quendã & cędibus assuetum hoiem holdericũ seorsũ vocat: magnis pollicitationib⁹ satellitẽ onerat: si brunechildem reginã necet. Conuentione cędis facta / holderic⁹ cum multis iã diebus ꝯsuetudinẽ familiaritatis apud reginam brunechildem assentaciunculis blanditiisq; comparasset: blandior tñ indies visus in suspitionem venit. Deprehensusq; & tormẽtis affectus: crimen cõfiteẽ. Fustigat⁹ deinde & ludibrio habitus ad Fredegondã dimissus ẽ. Quẽ paulo post sanguinaria mulier pedibus manibusq; truncatũ dimisit: vel q̃ desidię eum argueret: quia videlicet necandę brunechildis occasionẽ vecors preterisset: vel q̃ significare volebat se nichil de homicidio satelliti mandasse. Cura dehinc gõtrano fuit chilperici necis autores perseq. inter quos delat⁹ est cherulphus: q primarius chilperico cubicularius fuerat: ad martini sepulchrum effugit: vbi tandem Gontrani iussu a quodã claudio multis vulneribus interfectus est: publicatis eius bonis quorũ ditissim⁹ erat.

Eadẽ tẽpestate gõdoaldus q se Clotarii filiũ diu ꝑdicauerat: quãobrẽ ꝯciliato sibi procerũ fauore cũ bonam in

Fredegũda iterum necem cogitat.

Cherulphus occidiẽ.

Gondoaldus filium regẽ se appellat.

aquitania populi atq; vrbiū partem in ditionē suā recepis set: Petragorios: Tholosates: Burdegallosq; non difficile cōciliauit. Auctus imperii amplitudine Gondoaldus: lit teras ad francos ꝓceres dat: quas ligneę tabellæ mādatas & cęra desuper oblitas: duob⁹ cadurcis sacerdotibus ꝓfe rendas cōmittit. Quibus in itinere a Gontrani aulicis dep hensis ex litteris & sacerdotū ꝓfessione cognitū est qd gō doaldus aīo concepisset. Nec morā interponit gondoal dus ad gontranū legatos mittere: quibus oliuæ ramos in manu gestare iubet: quo signo quasi pacis nūcii tuti ad re gem ꝑuenirent. Cū ad regem ventū esset: rogati nomen & gentē. A gondoaldo inquiunt venimus ad te: qui cū Clo tarii pr̄is tui fili⁹ sit: debitā sibi paternę possessiōis portio nē petit. Quod si neges/ armis hęreditatē repetere decerta bit. ex aquitania numerosū exercitū iam habere. accessu rū insuper suis viribus a childeberto magnū delectū mili tū. Gōtranus legatos opprobrio habitos: in equorū dor sa distendi atq; fustigari: præter ius legationis imperat. Le gati eteni nomen violare apud etiā barbaros nephas.

PEr superiores dies constitutū inter Gontranū atq; childebertū erat de conuentu habendo. ad quem Gōtrani edicto childebertus magno suo rum procerū comitatu venit. Ibi ante oīa gō doaldi nunciis introductis Gontranus dicere imperat q̄ superiorib⁹ paucis diebus apud eū habuissent. Postq̄ cū cta ordine enarrassent: addunt gondoaldū rebus omibus spoliasse Rigondā chilperici filiā dum eā ad hyspaniā nu ptiarū causa pater destinaret. Eius rei gnaros esse Childe berti ꝓceres. Dum hęc nuncii perorassent: suspicio mox incidit regibus: eam causam esse quare aliquot ex nobilita te childeberti cōcilio abessent. Nec ꝓpterea destitit gōtra nus rem animo cōceptam patefacere. Accepta lancea ex tremū eius ad childebertū intendens: hoc inquit indiciū tibi asto chare nepos: regni te mei hæredem fore. Et nunc

quidem totius gentis atq; vrbiũ tibi potestatẽ imperiũq; cõmitto. Tu enim & alter meus nepos clotarius tantũ superestis quibus hęc optimo iure cõueniant. Hæc cũ in cõspectu multitudinis dixisset: appręhẽsum dextera Childebertũ seorsum non lõge a contione deduxit. Primo illum monet: tacitus quæ dicturus sit seruet. deinde docet quos ad gerenda regni negocia admittat: quibusve consultoribus vtatur: quos item reiiciat: quibus etiam sui custodiaz atq; salutem credat. Caueat a brunechilde matre: a gillonẽ præterea remensi: qui esset perfidus maxime. His ita inter se ꝓlocutis: ad rem cõmunem tractandam considũt. Quibus oĩbus quæ ad reipublicę cõmodum attinere videbãtur & quorũ gratia concio habebatur absolutis: consiliũ dimittunt. Ad conuiuiũ deinde itur. Inter comessandum Gõtranus circũstãtes ita ꝓceres affatur. Viri frãci & apprime nobiles quos mihi semper & primores & caros habui Hic est meus ille nepos quem hæredem institui. Colite illum oro: & fide integra parete vestro regi. De magnitudine eteni eius futura/ spem capio maximã: cum iam impio auctus sit & virtute cõmendatus. Hæc dicens simul restituit Childeberto ciuitates quas chilpericus abstulisset.

REbus ex regum vsu cõstitutis: Childebertus ad suos profectus est. Dum hæc agerentur principũ vnanimitate cognita: hi q Gondoaldo fauebant desiderius mõmolus landascus atq; sagittarius ab eo defecerunt. Est trans dordoniã flumẽ loco edito vrbs quæ cõuenę appellatur: ad quam gõdoaldus se recepit. primo quidem ciuibus beniuolus: mox simulato hostiũ aduentu bonũ fore ait si in arcem fortunas suas ciues contrahant. Deinde cum prope adesse hostem diceceret: omnes in armis esse mandat: & in hostem portis patefactis erumpere. Procedente ergo agmine cum ĩ planiciem venissent: exturbato vrbe antistite portas obstruit. Ipse cum præsidio suorũ ciuitate potitus fortunam quæ

Defectio a gõtrano cõuene ciuitatis.

cūq₃ futura esset illic expectare cōstituit. Hic Gondoaldus Clotarii filiū & Gontrani fratrē se esse iactabat. Militaueratq₃ in italia apud nasertem cōtra gothos. Post cui⁹ interitū constātinopolim se cōferens / cū per Gontranū bosonem accepisset Chilpericū esse necatum gallias repetens a massiliensi præsule primo receptus est. inde Auinionem / mox aruernos atq₃ burdegalā & tandē Cōuenas se recepit comitantib⁹ illū Sagittario epo mōmolo landasco & valdone quorū cōsiliis maxime agebatur. At Gontranus loci munitione cognita / cū inde Gōdoaldus erui facile non posset: litteras Brunechildis nomie ad eū perferri iubet. q̄bus hortabat̄ eū opes oēs suas burdegalam ꝑferat: ibiq₃ hiberna habeat. Paruit fraudulētis monitis Gondoaldus resq₃ oēs & ingentē auri summā burdegalā pręmittit. Cognito Gondoaldi discessu milites Gontrani qui iter eius explorabant: gerondā flumen enatant: dep̄hendūtq₃ iumēta q̄ sarcinas Gondoaldi veherēt. Quib⁹ spoliatis ad locū vbi Gōdoaldus se receperat contēdunt. Lendegesillus copiis p̄fectus carros ad vrbis obsidionē ad hunc modū excogitauerat. Intecti enī vndiq₃ cratib⁹ atq₃ tabulatis carri munimēto erant his q̄ intra carros delitescebāt. quoru₃ negociū erat cuniculis patefacere viā in vrbem. Cōparata inde frequēti ex vicinis siluis materia: fasciū ingentē numerū in vallem cōiiciunt. Oppidani contra nō vecordes pręacutis sudib⁹ & lapidū molib⁹ igni quoq₃ ac pice desuper iactis cū materiā tum milites incendebant. Hac oppugnatiōe incassum suscepta: lendegesillus alia via obsessos intercipere statuit. Mōmolū igitur ad colloquiū clam vocat: quē primo increpitū ꝙ a Gontrano defecisset: secutusq₃ eēt Gondoaldū si operā nauet: vt suo aliquo facto ciuitas dedatur: se sperare Gontranū qui benignissimus esset facile illi dimissurū quicq̄d in eū cōmisiss₃. Mōmolus de ea re se ꝯsideraturū respondit. Igitur mōmolus sagittariū landascūq₃ & valdonē sibi arcta amicicia deuictos ꝯuenit

docet quid illis periculi si ciuitas expugnet impēdeat. Vti le fore illi saluti suę ↄsulant. Mōmolo cū oīs acqeuissent conuenit in aliquod īsigne ciuitatis templū ignē summit tere: ad quod īcendium restringendū omnibus ꝯcurrenti bus facile factu lendegesillū in vrbem admittere. Ad hoc negociū accersito Carulfo ditissimo homīe apud quē & ipsi diuersabant: consilii ꝓpotē facit. Postq̄ de incendēdo tēplo tradendaq; hosti ciuitate ꝓpositū iter eos ē Ad Lēde gesillū mōmolꝰ occultissime venit: mōstrat qua via ciui tas ī ꝑtātē gōtrani dedi possit: si mō id qđ de recōciliādo sibi rege lēdegesillꝰ pollicebat re ipsa efficeret. Lēdegesillus spe recupādę vrbis lętꝰ: iusiurandū mōmolo dat nihil de ꝓuētis detrectaturū. q si aīm regis se ad id deducturū nō posse ītelligeret: daturū illꝰ tn̄ firmū aliqđ tēplū in quo tu to dū rex placari posset ↄsisteret. Re ita ꝯdita. Mōmolꝰ cō silio īcēdēdi tēpli omisso gōdoaldū adit: memorat q̄ īte gra ī eū fide sꝑ visus sit q̄q; itē deinceps eē velit. Verū eā eē rerū ꝯditionē vt multū ↄfidere non debeat. Propterea ten tasse se lendegesilli animū quē in se & ad ꝯcordiā ꝓcliuem īueniat: lendegesillū hoc vnū non ꝓbare q tu de gontra no male existimans conspectū eius aufugis: nec de cogna tionis attinentia (cuius forte dubius est) vllam rationem cum fratre ponis. Hoc tātū si facias regēq; conuenias om nia lendegesillus ait ex vsu tuo fauste processura. Sentio igitur his tot curis atq; perturbationibꝰ te explices: & nos vna tecum ad Gontranū proficiscamur. Ad hunc mo dum suadente Mommolo: sensit dolum Gondoaldus: nec tamen cauit. Non enim facile esse videbat eorum ma liciæ occurrere quorum & fidei & tutelæ se tanto tem pore credidisset. Hortatur tantum: se non derelinquant. euntem quo eum ducerent. Dum hæc tractantur Lan dascus igne in proximam ecclesiam iniecto cum multi ad restringendum incendium concurrunt sensim ex turba la ꝑsus aufugit. Stabāt pro portis hostes Bolo & Boso bitu

Perfidia mōmoli ī dn̄m suū

rigum comites qui gõdoaldũ a mõmolo exciperẽt. Foribus patefactis gondoaldũ in lẽdegesilli potestatẽ mõmolus tradit: regressusq́ȝ inde in vrbẽ mõmolus portas claudit. Erat īter ciuitatẽ & hostiũ castra tumulus terrenus mediocriter editus. At huius summũ cum gõdoaldus successisset: bolo eũ præcipitẽȝ deiecit. qui in caput pedesq́ȝ rotę instar circũactus illiso in caput eius a bosone saxo trucidatus est. Mõmolus auteȝ quem in vrbẽ reuertisse diximus gondobaldi opibus direptis: in reliquã multitudinẽ grassatus est. Miles vero vrbẽ ingressus nemini hominuȝ pepercit mœnib⁹ solo ęquatis. Igitur mõmolus incẽsa reliqua vrbe in lendegesilli castra se cõtulit. Lẽdegesillus iam de regis in ꝓditores sentẽtia certior factus: mõmolum ad se venientę excedere tẽtorio tantisper iubet: donec tumultuantes ī eũ milites sedet. Egrediẽti pręsens mors licet ante oculos (irruẽtibus ī se militibus) versaretur fortiter quidẽ restitit: nõnullis ex hostibus vulneratis. sed signo a lẽdegesillo clam suis dato: circũuentus vndiq́ȝ mõmolus: ꝓditionis pœnas pẽdit. Sagittario epo fuga salutẽ quęrẽti caput vnico gladii ictu a milite quodã amputatꝰ. His rebus cognitis gontranus mõmoli opes ad se deferri īperat. Erant nũmi aurei mille põdo (besantiũ frãci vocãt) argẽti ducẽta quinquaginta. id omne ęquabiliter gõtranus childebertusq́ȝ sibi dispartiti sunt. Acceptã inde partẽ gõtran⁹ rex ī pauperes distribui mãdat. Inter mõmoli spolia ad gontranũ deductus homo est terno pede cęteris hoĩbus maior. Inciderũt ꝑ id tẽpus nũc in italia ide in hyspania occasiones nõnullę belli: quod quia parũ momẽti vel ꝓpter nimios imbres: vel ꝙ reb⁹ mox cõpositis reditũ est domũ volẽs pręterea: vnũ fuit aduersus gothos duce bosso: cui attributis a gõtrano magnis copiis: ducis ĩcuria male pugnatũ est: fusis cęsisq́ȝ ad magnũ numerũ frãcis. Cõmissuȝ præterea aduersus britones nõ incruẽtuȝ pręliũ. vbi pepolin⁹ dux catharri dolo occisus. Inter hęc gontrano cęlũ aduersitat

Insueta hoĩs pceritas.

Signũ añ Gontrani regis mortem.

nō nichil cōminaret: anno priore mortis ei⁹ luna supra q̄ in eclipsi solet obscurior visa. Ipse xo post annū trigesimū adepti regni morit. & cabilone burgūdie ciuitatē elat⁹ in monasterio diui marci quod extructū magnis ꝓuētibus cumulauerat sepultus est. Cuius si spectētur mores: dign⁹ ꝓfecto qui principātib⁹ ānumeret bonis. In pauperes benignissim⁹: erga sacerdotes & dei mīstros obseruātissim⁹.



Adepto gōtrani regno childebertus aīo reputās fredegōde ī patrē & patruelē crudelitatē pœna afficere mulierē meditat. Quāobrē Godoaldū ad se vocat: huicq; exercit⁹ curā imponit: mandans incursionib⁹ perdere suessionensiū regnū quod fredegonda tanq̄ ad filium Clotariū pertinēs moderabatur. Cognito hostiū aduentu fredegōda regni proceres in armis ad se proficisci q̄ velocissime iubet. Quibus in cōsiliū admissis fredegonda filiū adhuc lactentē amplexa: viri inquit regni huius francie primores nō parui vobis estimari debet rex & dominus vester q̄q̄ etate paruulus est: vt in conspectu pene vestro regnū vastari perdiq; patiamini. Et reminisci quidē vos decet fidei vestre quam Rothomagi cum essem prestitistis: non deserturos vllo tempore filium hunc meum regem vestrum: sed eum obseruaturos vt paterni regni heredem. Per eam ipsam fidē vos oro ꝓceres: tueamini possessiones vestras: quas hostis tam crudeliter infestat. Facile etenim factu est: q̄q̄ pauciores sum⁹ aduersarios vincere. Neq; animo fracta neq; ꝯsilii inops rebus deero: si modo adiutores fueritis: neq; bene rem gerentibus laus & premiū negabitur. Cedētes vero ignominia notabuntur eterna. Assentientibus qui aderant: landericum fredegonda preficit. Cui & belli gerendi omnē potestatem ꝑmittit: iubetq; id faciant quod a landerico fuerit eis imperatum. Ipsa vero animo erecta mulier: ab vberibus pendētem clotarium gestās agmen anteibat. Ad siluam que haud procul a via erat (Cum iā sol occidisset) lā

Bellū aduersus fredegondā

dericus exercitū secedere iubet: ipse cæsum ex arbore frōdosum ramū: in eoq3 suspensam nolā (vt fieri animātibus que nemora pascūtur solet) equi iubę alligat. Cęteri vt idē faciāt iussis. His ita ad lāderici votū cōpositis noctu e silua mouēs: ad castra hostiū sub lucē peruenit. Quos ex hesterno labore dormitantes adorit: atq3 cōpluribus interfectis cęteri in fugā conuertūtur. Direptis mox hostiū castris in campaniā quæ Remis adiacet ingressi: vicos icolasq3 igni perdūt. Hanc insignē victoriā suo astu fredegonda apud truecū adepta est. Succeßit alia in britones ducēdi causa que a priorib⁹ nō tradita scriptorib⁹ neq3 a me scribi potest. In eo prelio grandem stragem factā esse traditum est.

Fredegō de astu victoria frāci potiti sunt.

Mox insurgenti belli gerendi occasione: childebert⁹ in lōgobardos expeditionē parat: qui isubres mediolanūq3 vexabāt. Deligūtur ad id bellū duo & vigiti ductores qui negociū gerant. Quorum omniū principes cōstituūtur andoald⁹: oloq3 & codiue⁹. Superatis alpibus cū in agrū hostiū ventum est: olo ad castellū proximū accedēs sagitta traiectus interiit. Mediolanū inde progressi vrbē obsident. Ad quos mauricius bisantin⁹ imperator missis legatis pollicetur suppetias francis ante septimū diem se destinaturum: eius aduentus signū fore si oppidū in colle positum ardere intuerētur. in irritū cecidit imperatoris promissio: q̄obrem soluta obsidione franci castellis quibusdā in potestatē receptis: prędisq3 actis: cum ęstiuo ęstu & alui profluuio toto exercitu laboraretur ad suos reuerterunt.

Childebert⁹ in lōgobardos



His paucis post assecutū burgūdionū regnū gestis: childebert⁹ qui iunior appellat⁹ est: vna cū vxore nō sine veneni suspitione moritur. Fuere childeberto iuniori liberi duo. Theodebertus maior natu mettēse iperiū cui austrasię appellatio fuit adept⁹ est. Quod cāpanię supioris partē cōtinēs ad alemanos vsq3 ptendebat: sic quidē vocitata q̄ austracus rex: vel vt aliis placet auster eam incoluisset. Theoderico burgūdia

Childebert⁹ vna cū vxore interijt.

obuenit. Hi sunt reges duo ad quos & ad brunechildē eorū auiā gregoriū romanū pōtificē dum augustinū ad anglos fidei christianæ doctrina ībuēdos mittit scripsisse legim⁹: legatū apostolicū cōmendātē. Eodē tpe auares id ē huni sedib⁹ suis egressi: editis aduersus frācos aliquot prælijs: ingētib⁹ tandē munerib⁹ donati quietā frāciā reliquerūt. At fredegōda regū hostis collecto grādi exercitu: clotarium filiū in bellū ꝯtra illos excitat. Qua re cognita non segniores facti theodebert⁹ & theodericus q̄q̄ tutela brunechildis agerētur: magnis copiis occurrūt. pugna atrox lōgaqꝫ cōmittitur. Fusis deniqꝫ fugatisqꝫ hostib⁹: clotari⁹ victor a matre magnis plausibus exceptus ē. Quæ tn̄ non multo post cū iam ꝑsenuisset: obiit mortē & chilperici regis viri sui sepulchro illata ē: fœmina necis multorū autor & cui nemo sine sui ꝑnicie hostꝫ fuit. Nā iræ ita ꝑtinax fuit vt supplicio satiari nō potuerit eorū quos odio ꝑsequeretur. Prætexatū q̄uis carcere atqꝫ verberibus moxqꝫ relegatione violasset: reuocatū tn̄ a gōtrano & suo pontificatui restitutū apud rotomagū dum rē diuinā facit ꝑcuti iubꝫ. quo vulnere paulo post interiit. Fuit & aliorū innocētuꝫ sæua ꝑsecutrix. Nā cū timeret filium clotariū credi non ex chilperico sed ex lāderico adulterino ꝯcubitu eē ꝯceptuꝫ: metui studuit. quod tyrānis ꝓpriū ē. Per id tēpus lacus dunēsis tāto feruore ebulliuit: vt cocti ī eo pisces ad ripas in esū venirēt accolarū. At vero reges iniuriarū quas a clotario acceperāt non obliti: ad arma brunechildis hortatu cōsurgūt. ī quos clotari⁹ mouēs: positꝫ apud fluuiū aruēnā castris: īfœlici prælio dimicauit. Nā ꝓfligato exercitu: tāta occūbentiū strage fluentū oppletū est: vt fluere velut obiecta mole desierit. Est enim in annalib⁹ frācis tria in eo conflictu millia hominum occubuisse. Clotarius autem citus per meldunuꝫ ad parisios se recepit. Quem insecuti reges pacis ꝯditiones quas ipsi voluissent clotariū recipe coegerūt. Formula pacis hec fuit: vt quæ īter seq̄nā ligeriqꝫ

Gregori⁹ romanus pontifex. Huni. Fredegōda morit. Lacus dunensis.

atq; ysaram loca ad occeanū vsq; continētur ea theodeber tus possideret. Duodecim vero regiones quæ sequanę ysaręq; fluētis alluūtur clotarius haberet. Rebus ad hāc formulā confectis: cū Theodeberti iussu bertoaldus magnę apud regē autoritatis bonā militum manuꝫ tuendę neustrię causa accepisset. (Parebat enim his diebus theodeberto neustria) Clotarius merouceū filiū landericūq; palatio præfectum in bertoaldū cum exercitu mittit. Ea re bertoaldo nūciata cum imparē se militū numero itelligeret aurelianū se contulit. Quē landericus insecutus: hois fugam cuꝫ hostiliter exprobrat: bertoaldus ex ciuitatis muro nō inquit landerice quia militū multitudine me superas virtute quoq; superiorē te esse putes. Sed si compertū habere vis quæ vtriq; nostrū animi fortitudo sit: ad singulare certamen te ꝓuoco. Quod cū non admitteret landericus: Si ergo (inquit bertoaldus) tuus forte clotarius manus cum theodeberto cōferet: vis ne in ipso cōflictu quid vter vtrī prestet experiamur? Excepta est a landerico conditio. Nec multo post duo reges ad iunā amnē qui stāpas alluit castra ponunt. At dū clotharianus miles amnē traiicit theodebert⁹ ne totis copiis clotarius pugnare posset: signo dato prælium init: in quo multi vtrinq; ceciderūt. sed ex clotarii exercitu multo plurimi. Inter præliandū bertoaldus q̄ landericū ad singulare certamē ꝓuocauerat cū lādericū sępius frustra inclamasset non ignarus q̄d in eum doli machinaret brunechildis: in ꝯfertissimos hostes irrūpens vitam maluit fortiter pugnādo amittere q̄ a magistratu (id q̄d brunechildis maximę petebat: vt eius loco prothadium quēdaꝫ promoueret) turpiter dimoueri. In eo prelio meroueus in hostiū potestatē venit. Idē clotarius cum lāderico sese fuga eripuit. Nec desistit theodebert⁹ persequi hostes donec parisium vsq; ī festo agmine ęstu & cede madens peruenisset: Nulla tū alia re egregie gesta: domum reuersus est. Erat inter aulicos theodorici prothadi⁹ quidaꝫ

Iuna fluuii⁹ prope stampas.

Meroue⁹ capitur.

italus qui cũ brunechilde stupri ꝯsuetudinẽ (vt credebaĩ) habebat. Quã ob cãm brunechildis illũ apud theodericũ & dignitate & auctoritate plurimũ posse omni studio ad nitebaĩ. Et poterat quidẽ. Nã italus cũ esset igenio astuq; prædit⁹: regi gratus habebaĩ: sed ꝓceri⁹ oibus ꝓpter sin gulare; pecuniæ auaritiã exosus. Hoc ergo ꝓthadio freta brunechildis & quæ nõdũ bono aio in theodebertũ met tẽsiũ regẽ: qui eã ab se relegauerat esset: theoderico suadet illũ thesauros patris ad se sustulisse: quoru; partim hęres ipse esse debeat: simulq; theodebertũ ait ex alieno cõcubi tu fuisse susceptũ atq; ex hortolano ꝓgnatũ. Quãobrem mitteret ad theodebertũ legatos qui suã & patris pecuniã supellectileq; repetãt. Talib⁹ freqũter aiatus cõsiliis the odericus: cũ frustra theodebertũ admonuisset contracto plurimo exercitu: aduersus theodebertũ ꝓfect⁹ ad carisiũ castrametat⁹ est. A quo quia nõ ꝓcul abesset: theodebert⁹ aciẽ instruit: postera die dimicatur⁹. At primores exercit⁹ aio volutãtes q̃ turpe erat fratres iter se digladiari: nec mi nus ignari rerũ bellicarũ qb⁹ & iperia atteri & nõnũq̃ per fundari solẽt: regem adeũt. orãt ne fraternã pietatẽ temere violet: neve cõmittat quo sua dignitas: fortunæq; suæ de teriores sint. At ꝓthadi⁹ i cõtrariã sniam regẽ idinaturus: Minime inqt decet ex leui cã de pace repẽte agere. Sed tẽtare oportere hostis aim: si forte petit; acqescat. Quo ꝟbo irri tati ꝓceres: i cædẽ ꝓthadii ꝯspirãt: ꝓten⁹ tumult⁹ exoriĩ. Quẽ adhuc nõ i apertũ ꝓdeũtẽ cũ theodoricus ad tẽtorii vestibulũ stãs ꝯiectura aliq̃ pcepisset: regẽ a ꝓthadio oẽm iniuriã ꝓhibẽtẽ qdã ex ꝯspiratorib⁹ (ne vltra ꝓgrederet) distinuerũt. Qui i snia nichilomin⁹ ꝑseuerãs: vocato ad se vselino iperat idicere militib⁹ ne ꝓthadio noceãt. Vselin⁹ vero ꝯsci⁹ q̃to cũctis eẽt odio ꝓthadius: vbi ad ꝯiuratos venit rex iquit mãdat ꝓthadiũ occidi. Cõcurrũt igiĩ ala cres milites: & hominẽ alea cũ petro quodã medico ludẽ tẽ iterimũt. Qua re ꝑpetrata: oẽs ad regis tẽtoriũ ꝯuolãt.

Prothadi us italus brunechil dis fami liaris.

Bellum a theodori co in theo debertu; mettẽsiu; regem.

Prothadi us ꝓhibẽ te theode berto a mi litib⁹ occi ditur.

orant ne iniquo aīo ferāt pessimi hominis necē: quē scirēt omnes amicitię & pacis inimicū. Ad hæc theodericus recenti homicidio turbatus: cū aduersus q̄ plurimos furēdi via nō esset: aīos ponit: & paci se accōmodat. Qua priusq̄ armis decertarēt ex procerū consilio cōcessa: discessum ē. Inde theodericus qui nullis ad id tēpus legitimis nuptiis vsus esset: sed duos ex ꝯcubina filios excepisset animū ad matrimonii fœdus cōuertit. Erat hyspano regi deterico filia nubilis. Hāc sibi a patre ꝯiugē dari p legatos postulat: fide pręstita illā ꝑpetuo & vxorē & reginā fore. Detericus mēbergę pater (id eni erat filię nomē) genero lętus: filiam theoderico despōsat. Acceptā theoderic⁹ vnice diligit. Sed huius tā arctę charitatis īuidia brunechildis: ita regis peruertit animū: vt despreto vxoris thoro: eā cū iis quæ paterno dono exportauerat munerib⁹ ad patrē remiserit. Qua a theoderico ignominia affectus detericus: Clotari⁹ per nūcios sollicitat recordari quid in eū priore bello theodericus cōmiserit: si ad vltionē exurgat: se qui insignem a theoderico iniuriā accepisset illi auxilio fore. Excepit periocūde legatos clotarius eosq; ad theodebertū mittit tētaturos si forte ad belli societatē iungeret sese. Qui idē quoq; se facturū legatis respōdit. Inde ad lōbardos ꝓfecti legati agonē regē adeūt. Memorāt reges tris ī theodericū ꝯiurasse: si ad eos quart⁹ accedere velit adesse tēpus: cū ipsi oēs ob superiores eis illatas molestias theodericū vlcisci facile possint. Agō sese regib⁹ cōiūcturū spōdet. His respōsis exhylarati legati ad detericū reuertūtur. Cōiuratione regū ad theodericū perlata rē grauissime tulit. At theodebert⁹ sperans ad bellū conuēturos cōiuratos reges primus copias eduxit. Venietibus in mutuū conspectū regib⁹: nichil armis tētatū est. Sed vltro citroq; eūtibus legatis: dies apud salesiam castellū de concordia cōponēda dictus est. Quo theodericus cū decem hominū milibus se cōtulit. Theodebertus longe maiore ꝓcerum numero ꝓfectus est: ani

Nubit theoderico filia regis hyspanie quam postea dimisit.

Bellū iter fratres.

mo omnia disperdēdi si frater a cōuentis resiliret. Territus numero fraternæ gētis theodericus: nichil repugnat pacē recipere quācūq; theodebertus voluisset. Conuentū inter reges extitit: vt comitat⁹ duos turoniæ atq; cāpaniæ quasi ad se hæreditario iure ptinentes perpetuo theodebertus reciperet. Rebus ad huiusmodi formā ꝯfirmatis: vale sibi dixerūt reges. Verū non ita pacata animo theodericus mussitabūdus sæpe cogitabat qua ratione fratrē bello vexaret: a quo & bello fuisset impetitus & bona parte regni mulctatus. Cōsilio cū prudētioribus aulicis accepto: sibi conducere ratus si Clotarium amicū faceret ne theodeberto iūgeretur: ad eū legatos ire iubet: quibus mādat regi dicere quib⁹ se calamitatib⁹ theodebertus pressisset: adepta sibi grādi terræ possessione. Ideo cōstituisse repetere ab eo quæ iniquissime rapuisset: si clotarius fidē det se nō suppetiaturum fratri. Audiuit per summā beniuolentiam legatos clotarius. Et quæ regis sui nomine petebant concessit. Erat enim colūbanus eo tēpore sanctitatis noie præclar⁹: hic clotariuz admonuerat: ne fratrū bello se insereret: fore post aliquot dies: vt illorū hæres eēt. Cognito clotarii responso: theodericus ad lingonas copias cogit: inde verdunū que ciuitas ꝑ id tēpus primū ædificabaī præteriēs tullium petit: quo & ipse theodebert⁹ ex austrasia educto milite castra posuerat in eo loco acerrime pugnatū est: cadentibus ex vtroq; exercitu ꝑmultis. Sed inclināte in theodericū fortuna theodebert⁹ p mettēses fugiēs tandē coloniā se recepit. Ibiq; reparatꝫ virib⁹: nō multo post theodericū infesto agmine non tamē meliore fortuna/ aggrediī. Naꝫ tametsi nō ignauiter pugnaret: tamē postq̄ videt suos superari: deserto prælio: fugę se mādat: insequētib⁹ eum austrasiis: quorū magna pars fugiens occiditur. Traditū est tam cōfertos milites in sese eo prælio cōcurrisse: vt qui in eqs sedētes vulnerib⁹ cōfecti erāt delabi ab eqs turba digladiātiū ipediēte ñ possēt. Theoderic⁹ cognita fris fuga: cū

Pax componitur.

Theodebertus fugit.

illū hostiliter insequeret: oia qua iter agebat perdēs: regionis incolę illū conueniētes orant ne ob vnius hois culpa; innocētē populū exterminet: eos quidē cū omni ꝓuincia quā armis cōparasset suos esse: nec imperata vnq̄ negaturos. Quib⁹ rex respondit se quidē illis veniā daturu; si fris caput ad illū pferāt. Igit̃ ꝯuenerāt responso accepto coloniā sine mora ꝓficiscunt̃: theodebertū his verbis alloquūtur. Frater tuus theodericus bello abstinebit si parte; thesaurorū quos ex patris successione possides illi distributā esse voles. Propterea tibi nobisq; cōsule: & tuū fratrē patere consortē esse paternę supellectilis. Credidit loquētibus theodebert⁹ statimq; in reconditoriū vbi thesaurus asseruabat̃ vna secū turbā admittit. Interim vo dū secū reputat quid fratri impartiat: vnus ex populo districto in theodebertū gladio caput illius amputauit: nec cūctat̃ p ciuitati; muros ad theodericū caput ꝓiicere. Morte fratris cognita: theodericus coloniā ingreditur. Regnūq; austrasię qd' theodeberti fuerat suscepit. Mox reb⁹ ex sua snia cōpositi; duos theodeberti filios cum sorore formosissima puella mettim repetēs duxit. Cui occurrēs brunechildis conspectis nepotib⁹ furēs mulier innocētes protenus interemit.

Theodeberti amputatū ab vno ð turba caput ad theodericum fratrē defertur.

Theodericus aūt parta victoria ducatū sicuti ꝯuenerat clotario restituit. deinde cū specie illectus neptis quā colonia abduxerat eā sibi despōsare & vxorē accipe oino ꝯtenderet brunechildis impediuit: dicēs nefariū eē ducere vxorē q̄ ꝓximo sibi generis gradu attineret. Cui theodericus respōdēs. O inqt perfida & odiosa multis fœmina nunqd mihi psuaseras: theodebertū adulterino ꝯcubitu ꝓgnatū meū fratrē nō esse quare me & fratrē & proximū meū persequi atq; perimere cōpulisti? Hec loquēs theoderic⁹ brunechildē occidere tētauit. sed ope aulicorū protecta cœnaculo se ꝓripuit. Nec differt crudelis mulier vltionē. potionē letiferā ꝯficit: que; theoderico p ministros quos ad id idoneos instructosq; reddiderat bibēdā dū balneo egrede

Brunechildis crudelitas.

Alið brunechildis ꝑricidiū.

rē offert. Veneno epoto rex balnei calore æstuās: repente interiit. Sūt tñ q scribāt profluuio alui interiisse postq̄ annos decem & octo regnauerat: anno dominicæ salutꝫ sexcentesimo decimo octauo.

Eiusdē compendii liber tertius.



Egibus vt premissum est interēptis vnꝰ ex clodouei cognitiōe tm̄ clotarius superat: ad quē regnū ptineret septimo & quiquagesimo anno postq̄ clodoueꝰ esset vita defunctus. Sed brunechildis plurimorū cęde audax: sigibertū theoderici nothū austrasię regno preficere cōtēdebat. Cuius cœptis repugnāt austrasii pceres: quia crudelis fœmine mores execrarētur. Igit ad clotariū duos ex numero eorū lōge nobilissimos arnoldū pipinūq; mittūt oratū venire ad eos festiet ad castellū cui capthomarū nomē erat. Audita legatiōe clotariꝰ ea q̄ pceres velle intelligit īpigre cōplet. Castello quod proxime diximus agēti clotario: brunechildis cū non lōge abessꝫ (nā vuarmacię que vāgionū caput ē ad vlteriorē rheni ripàm agebat) mādat finibus regni austrasię abeat: quod sigiberto filio theodebertꝰ pater reliquisset. Ad hęc clotarius brunechildi nunciare iubet. Moris esse fœminā leges viris non ponere: neqꝫ de distribuēdis regnis: inuitꝫ proceribus agere. Quos si in contionē vocatos velit: non repugnare se: quin ipsis diffiniētibus: vel sigiberto vel sibi austrasia cedat. Accepto clotarii rñso: brunechildi germanos ad belli societatē accersit. Nec segnius ex oī austrasia q̄ maximas copias pōt cogit. Erat inter legatos a brunechilde in germaniā missos garneriꝰ: quē secus ac iussus esset rē gesturū suspicata: ad albonē garnerii in legatione collegā lr̄as de occidēdo garnerio dat. Lr̄as cum legisset albō laceras a se abiicit. Quarū fragmēta vnus ex garnerii amicis cogēs: excerptā inde diligēter sententiam garnerio patefecit Re dissimulata: garneriꝰ clam suadet germanis: brunechil

Clotariꝰ regnat.

Brunechildis audacia.

dis partes ne sequantur. deinde ad brunechildē reuersus i burgundiā: vna cū brunechilde iter facit. Vbi seorsū quosq; proceres cōueniēs: eos in sententiā suā eo facilius vertit q; brunechildis tyrannidē horrori haberent. His igit̃ sic se hētib⁹ garnerius clotario nūciat: si se ad eū tuto cōferre possit: velle ad ipm proficisci. Non difficile fore vt metten siū burgūdionūq; regno adiutore sese potiat̃. Garnerii cognita volūtate clotarius cū certior factus esset: qs ad rē cōficiendā modus garnerio satis pspectus haberet: cōtracto raptim exercitu: in cāpaniā cathalaunēsem mouet quo sigibertū iā castra posuisse ɔstabat. Defecerant p id tps a sigiberto ad clotariū nōnulli ex australia apprime nobiles Arturus. Rucco. Sigoldus. & Euulan⁹. Instructis ad pugnā copiis priusq̄ man⁹ cōserāt: cōmilitonib⁹ signū dat garnerius de quo inter illos ɔuenerat. Ipe sensim acie excedēs: ceteros sui concili cōscios comites educit. Quos lēto agmie ad flumē vsq; sagonā (quē veteres ararim noiabant) persequēte clotario: cū sigibert⁹ infestis copiis ad eū locū venisset: ipe cū duob⁹ fratrib⁹ corbo & meroueo in ptātem clotarii venit. Sigibert⁹ aūt eq pernicitate salu⁹: nullo postea tpe cōparuit. Victori mox clotario brunechildis captiua offert̃ vna cū eudelina theoderici sorore quas in castris hostiū garnerius deprehēderat. Nec tardat rex corbū necare: seruato meroueo quē ex lauachro xpiani baptismatis filiolū habebat cuius & ipe diligentē curā deinceps habuit.

Sigibert⁹ vincit.

Brūechildis vltimū supplicium.

Exultās tanta rerū fœlicitate clotarius: accitis ad cōtionē diuersę gentis q cū eo militauerāt pceribu⁹ de brunechilde castigāda consiliū rapit. Recēsitisq; mulieri flagitiis: & q esset decē regū: aliorūq; multorū cędib⁹ rea: rogat quo supplicio digne plecti posset. Acclamātib⁹ cunctis crudelem fœminā vilissima aliqua morte affici debere: priusq̄ i conspectū contionis rex eā introducere mandaret: quarto fustigatā: tandē deduci ad se iubet. i quā postq̄ diu aspere q; inuectus esset: insidentem equo mulierem per totum

exercitum circumferri imperat. Inde a capillis & lacertis: ferocientis equi caudę alligatam: reliquo corpore humi ꝓstrato lictor distrahit. De cui⁹ nece vaticiniũ sibyllinũ esse nonnulli asseuerant. id quia minime cõpertũ habeo asseuerare nõ ausim. vatũ siquidẽ enigmatib⁹ atq; obscuritatibus interpretationẽ adhibere diuinatum est. Ne tñ sua laude brunechildẽ fraudem⁹: cõplura sacerdotũ collegia & monachorũ apud burgũdos austrasiosq; extruxit/ inter quę apud lugdunum pro muris adhuc visitur diui vincentii cœnobium. Apud heduos quoq; alterum. vbi assẽtiente clotario sepulta est. & alia diuersis locis templa diuo martino cui deuotissima erat dicauit. Ita vt si impẽsam cũ brunechildis fortunis conferas: mireris sane tot vno sęculo templa: assignatis cuiq; prouentibus: mulierem exedificasse potuisse. Eius ętate Etherius Lugduni: apud heduos flagrius: viennę desiderius: antisiodo: iannarius: austerius aurelię: lupus & columbanus apud senonas mira sanctitate claruerunt.

Brũechildis laus.



Eductis ad vnius regis imperiũ quattuor regnis clotarius palatio pręfectũ garneriũ (cuius opa vsus maxime fuisset) constituit. burgundiã harponi commendat. Austrasiis rado pręposit⁹ est Et ne liberalitatis quicq̃ clotarius prætermitteret: garnerium imprimis sui pallatii pręfectum: complurimos deinde burgundię ditionis ꝓceres: antistitesq;: & qui aliquid pensi haberẽt ciues ad se vocat. Vocatos amplissimis quẽq; muneribus ad conciliandum eorum sibi beniuolentiam impartit. Nam preter summam humanitatẽ atq; modestiam quibus illum natura instituerat: religionez quoq; venerabaĩ & quod rarũ est pietatẽ colẽti: bello optim⁹ atq; strẽnu⁹ erat. Lõgobardis qui annuũ frãcis a gõtrãno ad ipm vsq; clotariũ pẽsum duodeci auri pondo quotannis soluebant tributum abrogauit. acceptisq; prius sex &

Clotari⁹ ꝓuincias distribuit

Lõgobardi tributo liberati.

xxx. milibus nũmũ augustã suȝãq; in alpibus ciuitates liberas illis dimisit. Dũ hæc agerent natus est clotario ex bergedruda vxore dagobert⁹: quẽ lrīs erudiendũ Arnulpho mettensiũ p̄suli cõmisit. Bergedruda vero nõ multis post annis moritur in cuius loco Sichildẽ clotarius accepit q̄ haibertũ enixa est. Dagobertus aũt postq̄ sibi ętate licuit feras ĩdagare & venari vt gallis mos est pgit. Excitato ceruo cũ longo iam cursus lassus quietis locũ quærit vicũ quẽ catulianũ vocant ꝓfugit. In eo vico sacellũ erat vbi condita humo & lapide ĩstrata corpora beatorũ dyonisii rustici & eleutherii a suscepto ꝓ fide xp̄i martyrio per ãnos trigĩta supra quĩgentos religiose colebant. Eo (cũ patens sacellũ esset) se ceruus ꝓripit: soloq; decumbens quieti se mãdat. insequẽtibus crebris latratibus ceruũ canibus cũ ad sacellũ venissent: ceruo cõspecto frequẽtiore latratu ꝑstrepẽtes: nulla eis sed nec ĩpis venatorib⁹ in sacellũ irrũpendi facultas fuit: suã ędẽ tuẽtibus viris sanctitate spectatissimis. Ea re p vicina loca ꝑlata locũ veneratiorẽ fecit: & Dagoberto admirationẽ sit & pietatẽ cumulauit. Mortua p id tẽpus Bergedruda clotarius sichildem accepit vnde ꝓcessit vt ꝓxime scripsi haibertus. At dagobertus cuȝ præceptorẽ qui eũ sęcularibus ornatũ redderet institutis a patre accepisset quẽ aquitanię ducatu pater donauerat: intellexit nõ rudis adolescens quantũ sadragesillus (id enĩ nomen erat pedagogo) ꝓpter acceptã a patre dignitatem supbiret: ita vt eũ neq; satis reuereret neq; obseruaret: vocatũ ad conuiuiũ sadragesillũ: cũ e regione dagoberti velut par illi assedissȝ: poculũq; tãq̄ ex ęqualis manu desumpsisset: iubet eũ virgis cędi & barbã quam ꝓmissam habebat amputari. Qua accepta iniuria: ad clotariũ sadragesillus fere lachrimãs procurrit. Eam rem pater furente aĩo excepit. Dagobertũq; protinus ad se venire iubet. Exasperatũ patrẽ quia adolescens ptimesceret non aliũ fugę locũ q̄ sacellum quo a canibus tutus fuerat ceruus secũ reputãs

Dagobertus nascitur & haibert⁹ Miraculũ de ceruo.

Dagobertus pedagogũ suũ virgis cedere iubet

eo se contulerit: non minus p̄sidii sibi a sanctis conferri arbitratus q̄ beluę ꝓtulissent. Cognito filii ꝑfugio: Clotarius dagobertũ inde extrudi: & ad se deduci ferociter imperat. Id vt facerent abeũtibus seruis: cũ prope ad sacellũ minus miliari constitissent: tã fixi stupentesq; hęserunt: vt vltra ꝓcedere minime possent: q̄q̄ ꝓgredi maxime conarentur Igitur reuersi quid illis obtigisset patri renunciant. Credidit clotarius fabulamentũ esse quod narrarent serui: veriti ne dagobertũ offenderent. Secũdis qui p̄ceptũ exeq̄rentur missis par accidit. Nec sic ab ira tẽpari potuit ferox pater: nisi & ipse miraculũ experiretur. In sacello dũ sopori se mandasset dagobertus: vidit ꝑ quietem tris reuerendissimos viros sese affari. Adolescens inquiunt hi martyres sumus quos multo supra tp̄e ꝓ fidei veritate mactatos hoc loco catula sepeliuit. Qui locus q̄nquidẽ non satis cultus decoratusq; est: minore nos dignatione popl's colit. Quare si ad te recepis digniore apparatu tumulos nobis extruere: cũ tibi securitatẽ tũ placatũ patrem restituemus. Et ne somnio te illusum existimes: si terrã vbi delitescimus effodies: optimis caracteribus suo quẽq; noie cõperies esse signatũ. Huiusmodi visione cõfidentior factus adolescẽs: se q̄ diui martyres petiissent impleturũ religiose ꝓmittit. Ad filiũ pater cũ indignabũdus cõtenderet: eodẽ quo serui stupore & miraculo ꝑculsus: filio parcit. Eũq; nõ multo post regni cõsortio donatũ austrasię prędecit: pręter ea q̄ citra arduennã siluã ad remos spectant. Surrexit ꝑ eosdẽ annos ex mœcha arabię loco xp̄ianę puritatis spurcus hostis mahumetus Heraclio imp̄ante anno xp̄ianæ pietatis sexcentesimo. xx. A quo tẽpore ad hunc vsq; diem christi religio turbata plurimũ est atq; labefacta. Eadem tempestate phara virgo agarici meldensis comitis filia ecclesiã q̄ pharonis monasteriũ appellatur extruxit quã multis ꝓuentibus auxit. Huius virginis frater pharo cũ meldẽsem comitatũ patre defuncto possedisset/ ex comite cleric⁹ fa-

Reuelatõ sctõꝝ dyonisiĩ sociorũq; eius/ dagoberto facta.

Arduẽna silua.

Mahumetus.

Pharo.

RAdulpho defuncto & carolo simplice apud peronã vbi ab heberto ĩ custodia habebatur/ mortuo: frãcorũ ꝓceres & ante oẽs hugo magn⁹ atq; guillerm⁹ senonũ primas ad elginã ludouicũ q; ĩ angliã legatos mittũt: q dicerẽt tẽpus aduenisse cũ ipsi tuto in frãciaz reuerti possent. eis se subsidio affore & obsequiũ vna cũ aliis cõpluribꝰ regni primoribꝰ prestituros. Ea re in angliã plata elgina cũ filio ludouico ĩ frãciã venire festinat. Cui obuii ꝓceres Ludouicũ lauduni regẽ consultant: adiutore maxime guillermo rollonis filio: q ducatũ normãnię gerebat. Secũdo ãno regni ei⁹ ꝓdigiũ visuz est hoĩm ĩ ęthere flagrãtiũ: & diris cãtionib⁹ nocte tota aliquid futuri ĩcõmodi vaticinãtiũ: quod postea ꝯtigit. Nã tertio ab ipo ꝓdigio ãno ꝓceres frãci a ludouico deficiũt: qua ĩsup tẽpestate tãta fuit p frãciã ãnonę caritas vt frumẽti mẽsura cui sestari⁹ nomẽ ẽ q̃ttuor & vigĩti libris veniret. (Ludouicus ex anglia reuocatur. Prodigiũ. Fames.)

Secedẽtibus a rege francis ludouicus henricum germanię regem per legatos petit. liceat conuentũ alicubi indicere: vbi mutuũ hr̃e colloquiũ possint. Cupere se beniuolẽtiam eius atq; amicitiam promereri. Henricus auditis nũ- (Ludouicꝰ guillermum normãnie ducẽ adit.)

ciis respōdet regis petita cōmode facere nō posse: nisi guillermi normānoꝝ ducis sniam de hac re cognosceret. Ea re cognita ludouic⁹ guillermū adit. memorat q̄ sit regni status. qd in se moliant̄ pceres. illū vnū esse cui⁹ ꝯsiliis res bn̄ geri possit. Accepit guillerm⁹ regē vt dn̄m: opē q̄ suā pollicitus tregū equitē auratū ad hēricū ex ludouici assēsu mittit. Ad mosā fluuiū conuenturos reges placuit. ibi guillermi opa amicitiā reges firmant. Quod postq̄ resciuere pceres frāci ludouici potentiā veriti in regis grām se vt melius pn̄t insinuāt. Mox lauduni ꝯuenientib⁹ ex edicto regi pcerib⁹: hebert⁹ quoq̄ viromādensis affuit. Aduersum quē paterne iniurie recordat⁹ ludouicus: hmōi cōmentū parat: delecto ad fabulā hoie ydoneo. Huic mandat veste ad anglici icole formā ducere: seq̄ velut ex anglia ad se missū petere in ꝯsiliū admitti. habere lr̄as quas regi reddat. Lr̄as aūt quales rex ipse scripserat hoī dat. Sedēti i cōtiōe regi venit cursor vt instructus erat: lr̄as pfert. Eas dum scriba regi demisse recitat: rex subrisit. Proceres rati aliqd ridiculi regē accepisse: rogāt cur risisset. Nunc inqt maxime noui anglos desipe. Nāq̄ hermān⁹ anglie rex me⁹ ppinquus fuisse apud eos scribit agricolā hoiē: q herū ad ꝯuiuiū cū iuitasset necare ausus sit. Ei⁹ tā isignis facinoris autorē quo supplicio afficiat sniam vr̄am inqrit. Igit vt regi gratū faciam⁹ dicite pceres qno mortis genere sceleratissim⁹ agricola puniendus esse videat̄. Theobaldus blesensis hō ip̄rimis prudens rogatus sniam dicere: hic inqt homicida tametsi vario cruciatu dignus est: tn̄ quatenus ad supplicii modū attinet nulla mihi detestabilior mors visa est: q̄ a furca hoiē pendere cui iugulū laqueo lictor perfringat. In hāc sniam cunctis q aderāt venientibus: cū ipe itē hebertus viromādēsis sequeret̄: pdeūt ex occulto satellites q hebertū (vt a rege predocti fuerāt) cōprehēdūt. Nec cunctant̄ in collē nō procul a lauduno pducere: vbi in furca hebertū suspēdūt prius tn̄ q̄ iugulū lictor arctaret: rex in eū cōuersus Tu in·

Nota regis in hebertū comitē commentum.

Hebert⁹ viromandie comes suspēdit.

quit heberte ille pfidus agricola es q dñm meũ & prem carolũ: tuũ pfecto regẽ peronę in vinculis necasti. Nũc ergo pro tuis meritis meritũ suppliciuȝ accipito. Collis vbi extrema passus est hebert⁹ mõs heberti appellat⁹ ē. Interi dũ hęc geruntr: cũȝ guillermus normãnoȝ dux herloyno picardo nobili faueret aduersus arnulphũ flãdrẽsiũ principeȝ a quo herloynus fuerat monasteriolo castro vi & armis spoliatus: idq; ei restitutũ esse cũ ęgre ferret arnulph⁹ simulata beniuolęntia colloq̃ndi tp̃s locũq; a guillermo apud pinqniacũ ĩpetrat. Qui pria ꝑuẽtiõe assentatiõibus & blanditiis apud guillermũ perfidus proditor agit. Nec multo negocio benignũ ducẽ p speciẽ charitatis fallit. Itaq; re in insula quadã summę fluminis nõ ꝓcul a pinqniaco (vt videbatr) cõposita ascẽsa nauicula discedẽtem ab arnulpho guillermũ satellites flandrię reuocant: quasi aliqd ab arnulpho omissum esset qđ ad beniuolentiã ptineret. Appulsuȝ ripę ducẽ cũ alteꝝ ex naui pedẽ protulissȝ. alȝo cui turco cognomẽ fuit trucidat: Serui aũt ducis q ad alteram ripã reuersuꝝ mox dñm prestolabantr: flumine impediti opẽ dño ferre minime potuerũt. Occisi cadauer (fugiente cũ suis satellitibus arnulpho) rothomagum religiose delatũ tumulo magnificẽtissimo. xviii. kalẽ. ianuarii honorauerũt. Ab hoc guillermo gemeticũ cœnobium qđ a dacis dirutũ supra annotaui: instauratũ ẽ: vbi vitã quoq; monasticã profiteri statuerat. nã inter archana ei⁹ inuẽtę sũt religiosę vestes q̃ argumẽto fuerunt ꝑceptę a se vitę regularis. Huius guillermi mors occasio fuit ludouico audẽdi pessimi facinoris: quãobrẽ ipe quoq; multas sibi turbatiões excitauit. Nã de guillermi interitu nũcio accepto rothomagũ irefestinat: simulãs amici principis necẽ vellevlcisci aĩo reuera aliud agitãs. Superat eñ guillermo fili⁹ richardus ĩfãs cui⁹ tutelã pariter & terrę normãnię administrationẽ rodulphus bernardusq; gerebãt. A qb⁹ vt dignũ erat receptus ludouicus terrę specie atq; serenitate illectus: spem ca

Guillermus normannoꝝ dux p proditionem occiditur.

Ingratus ludouic⁹. Richard⁹ dux guillermi fili⁹

pit eius potiẽdę. Petit richardũ infantẽ ad se deferri: tanq̃ apud se educãdũ. Qua re ad ciues plata: ꝯiectat pp̃ls regẽ non aliã ob rẽ infantẽ abducere velle: nisi vt normãniã sibi vsurparet. Tumultuaĩ igĩt pp̃ls & in regẽ seditionẽ agitat Cui piculo bernadus danus occurrẽs: ludouico ꝯsiliũ dat infantẽ ĩ vlnis amplexũ tumultuanti pp̃lo ostentat. Paret ꝯsultori ludouic⁹. Simulq; iureiurãdo plebi asseuerat: nihil se de normãnia p̄ter ius supiorĩ dñii vẽdicare. terrã oẽꝫ richardi esse. cupe infantẽ bonis disciplinis erudiri: bonisq; moribus si pmittãt educari. Sedata plebe: rex infantẽ in frãciã traducit acceptę a normãnis iiurię memor. Cognito q̃ richardi curã recepisset ludouic⁹: veritus arnulphus flãdrẽsis ne ĩ se vnũ, pp̃ter guillermi necẽ curreretĩ: quadraginta auri marcas regi dono mittit. nec cunctaĩ ad regẽ aduẽtare. seq; quoquo mõ posset de ducis interẽptiõe reddere purgatũ: atq; ĩ regis ptãtem traducere necis auctores Et hęc quidẽ palã elocut⁹ arnulphus: ad regis aures aliud īsusurrat: recordari scꝫ decere regẽ ignominiarũ quas olim & in se atq; ĩ p̄rem normãni & dixissent & fecissent. Talia suadẽti rex credidit purgatũq; arnulphũ dimisit. Inde cœpit rex aduersus ĩsantẽ richardũ freq̃nter stomachari atq; indignari: ita vt redeũti a venatione richardo rex tanq̃ aliquo ei⁹ delicto indignat⁹ eũ spuriuꝫ vocaret cõminat⁹ nisi mores emẽdaret se illi poplites male mlctatuꝝ & cũctĩ honoribus priuatuꝝ. Ad hęc richardũ diligẽter asseruari trucissime impat. Erat richardo ludi mag̃r & p̄ceptor Osmũd⁹: q regis aduersus richardũ indignatiõẽ secũ reputãs: yuoni cuidã spectato sibi rẽ cõicat. Ambo richardũ ꝯueniẽtes hortanĩ egrotare grauiter se simulet. Quã tegnã caut⁹ puer haud pueriliter ipleuit. Aegrotãtẽ cũ serui negligentius obseruarẽt: aliis atq; aliis seorsũ ĩ reb⁹ suis occupatĩ: Osmũdus plaustriũ herbarũ fasce richardũ inuolutũ dũ ꝯuiuio rex indulget vrbe lauduno exportat. Inde equo cuectũ cõciaci p̄fecto cõmittit. Moxq; ad bernardũ siluanecti co-

Tumult⁹ rothomagẽsis pp̃li ꝯtra ludouicũ.

Arnulphus flãdrie comes nequissimus.

Richard⁹ opa sui p̄ceptoris lauduno clã educit

mitē prçueniens rei gestę ordinē narrat. Bernardus richardo timens hugonē magnū parisiorū comitē in auxilium vocat. Qui stati copias quas potuit ex tpe coactas ducens richardū ex pcia cosilvanectū trāsfert. Cōperto q sublat⁹ sibi richardus esset: ludouicus hugoni magno parisioruʒ comiti mandat richardū restituat. At comes tanq̄ negocii ignarus ī bernardū culpā reiicit. Atq ita illusus rex arnulphū fladrēsem accersit. Qui aduenies psilium regi dat: manis hugonē pollicitationib⁹ alliciendū esse: q ambitiosus & magni potentat⁹ appetens esset. Secundū arnulphi psiliū ludouicus ad crucē cōpēdii hugonē ad se venire iubet. Hugoni coram pstituto: postq̄ multa rex memorasset: vrbes illi in normānia daturū se pollicet. Quib⁹ pmissis deuictus hugo acceptis a rege copiis baiocas neustrię vrbeʒ aggredit. Rex caletos inuadit. Quorū exercituū irruptione attonit⁹ bernardus dan⁹: ex cōsilio bernardi silvanectēsis ad ludouicū nūcios legat: atq his impat nunciare regi frustra in sibi beniuolā gentem arma mouere. Rothomagum & reliquā normāniā eius esse: modo eorū obsequiis vti velit quorū ope aduersus hostes olim forte adiuuetur. His mandatis hilarior factus rex nihil dubitans suos ihibet vltra bello agere: atq ita rothomaguʒ ingredit. Apud quē recūbentē sic locutū esse bernardū danuʒ tradūt. hoc inquit die serenissime rex plurimo nos honore affecisti. Fuimus hacten⁹ duci obnoxii: nūc regię parem⁹ maiestati. Habeat sibi richardū bernad⁹: sat⁹ nobis bn̄ a fortuna factū arbitramur si tuę celsitudini normāna gens subiaceat. Illud vnū mirat gēs tua: hugonē tibi sine ābiguitate hostē viginti hoim milib⁹ armasse te. quē sepenumero iperatis tuis renitētē fuisse n̄ ignoras. Cōsule igit normānis tuis & eos regia liberalitate asserua. Mot⁹ hac orone ludouic⁹ hugonē armis abstiere iubet. Reb⁹ apd normānos fœliciter vt arbitrabat gestis: laudunū rex pfectus est. Per cui⁹ absētiam bernardus danus metuens ne hugo maiore manu

Cōsiliū arnulphi comitis flādrie.

Bernardus dan⁹ prudens.

Rex dano rũ aygro: tus. istructus normanniã repeteret: aygrotũ dacię regẽ qui adhuc cereburgi agebat admonet: militẽ ex cõstantiensi agro collectũ ad se mittat: ipse aduerso sequanę flumie classe adnauiget: oĩa qua iter facturus erat vastans. eo pacto futurũ esse vt ludouic⁹ in colloquiũ cũ eo ꝓdiret. Aygroto vt a bernardo admonit⁹ fuerat faciẽte bernardus de aduentu aygroti ludouicũ certũ facit. Rex ergo exercitu ꝓ tẽporis angustia cõgregato. rothomagũ veniens: aygroto ad vadũ cui nomen erat herliciano cõicat. In eo loco dũ multa de guillermi nece reges ĩuicẽ fabulanť: dan⁹ quidã herloynũ comitẽ cui⁹ grã guillermus occubuerat cõspicatus: lãcea cõfodit atqȝ interimit. Cui⁹ rei indignitate cõmoti frãci armis decertant cõmittiturqȝ vtrĩqȝ atrox pugna. ita vt fusis cõplurib⁹ frãcis: rex fuga sibi salutẽ parauerit: pnicio sissimo equo vect⁹. Fugientẽ tñ miles qdã dan⁹ dephẽdit Ludouicus capit. Apud quẽ cũ dies aliquot delituisset: iubẽte tandẽ bernardo dãno rothomagũ captiu⁹ deduciť. Rege ĩ custodia ha Engeberga ludouici vxor. bito: engeberga de viro curã gerens ad othonẽ germanię regẽ cui⁹ erat filia festinãs opẽ aduersus normãnos efflagitat. Petenti filię pater respõdit. Hęc ludouico incõmoda ꝓtingere q̃ guillermo duci & ꝓbatissimo viro neqȝ fidẽ neqȝ iusiurandũ seruasset. Atqȝ ita spe destituta engeberga ad hugonẽ magnũ se ꝯuertit. Illũ p oẽm debitã regi fideȝ atqȝ obseruantiã orans: liberare suũ regeȝ studeat. Reginę ꝓcib⁹ adduct⁹ hugo: a bernardo siluanecti comite ĩpetrat ad normãnos se ꝯferat si forte de rebus cõibus ꝯuentũ hr̃e Consilium de ludouico liberando. vsq̃ velint. Concilio apud sctm̃ cletũ coacto de liberando rege postq̃ hinc atqȝ hinc locuti sũt: vos inqt hugo o normãni regẽ nostrũ restituẽtes accipite vobis obsidẽ filiũ lothariũ: donec altero ĩdicto ꝯuentu de cõcordia paceqȝ ad plenũ transigam⁹. Itaqȝ lothariũ cũ duob⁹ epĩs Hildrico beluacẽsi & guidone siluanectẽsi accipiẽtes normãni regẽ custodia liberãt. Qui paulopost tp̃e validissima manu instructi richardũ a bernardo receptũ sibi abducũt. Ludoui

eius laudunũ ꝓficiscit. Inde vbi secũdi ꝯuent⁹ tp̄s aduenit ꝯuenientib⁹ ad eptã flumen frãcis normannisq; pacis fœdus ictũ est. hugo aũt magn⁹ ille comes sibi ꝓspiciens: & q̃to richard⁹ p dies melior auctiorq; esset: auctore bernardo siluanecteñ filiã ẽmam richardo despõsat. Quo fœdere suspicatus ludouicus facile fore vt a duob⁹ maximis pricipib⁹ deprimi posset: accersitũ arnulphũ flãdrię comitẽ ad othonẽ tertiũ rhenanũ: hoc est germanię regẽ mittit: q eũ in belli societatẽ alliciat: accepturũ p̄mii loco lotharingiã omnem si eius opera normãnia potiri possit. Hac pro posita mercede: otho belli aduersus normãnos se socium ludouico adiũgit: cõtractisq; in vnũ copiis: rothomagum infesto agmine reges pet unt vbi vastatis p circuitum vrbis vicinis agris vicisq; incensis: ciuitatẽ oppugnare ꝯstituũt. Igit p̄misso q̃ occultissime otho põt nepote q secũ milita bat: terrendorũ ciuiũ causa: cũ ad portam qua pons supra sequanã est cõcessisset: aptis repente portis ciues eruptionẽ faciunt. cõmittit ad ip̄m pontẽ pugna: vbi ꝯpluribus fusis othonis nepos occubuit. Venere pręterea reges. Sed perspecta vrbis munitione: otho vbi nepotẽ cęsum ẽẽ cognouit: omnia in arnulphum retorquens: cogitat si quo modo arnulphum ad manus hostium deducere posset. Qua re animaduersa arnulphus recepti sarcinis se e castris in flandriam ꝓripuit. Nec morantur idem facere reges: atq; cœptis desistẽtes exercitum reducũt: quos insecuti normãni plurimos in fuga interemerunt. Ludouicus autem eodem anno quo hęc gesta sunt decessit. Atq; in diui Remigii templo regio sepulchro impositus est ãno christianę salutis nongentesimo quinquagesimoquito. Hic nullo fere quo regnauit temporis momento ꝓspera fortuna vsus est. Per id tempus gemeticũ cœnobium quod a danis dirutum annos. xxx. desertum fuerat a balduino & gunduino monachis instaurari cœpit. hi enim ex aspera vico cameraceñ. agri prodierunt.

Otho imperator & ludouicus rex rothomagũ inuadunt.

Arnulphus fugit.

955.

Cōtentio aduersus richardũ normãnie ducem.

Eliqt ex engeberga othonis sorore liberos duos lothariũ atq; caroluũ. Carolus aũt lotharigię & brabãtię dux ĩbecilli & demisso aĩo vitã priuatá egit bruxellá brabantię ĩsigne oppidũ icolens. lothariũ in regẽ ꝓceres assumpserũt. Huic fuit aduersus richardũ normánorũ ducẽ: autore theobaldo carnotensiũ: diuturna cõtentio. Qui theobald⁹ p engebergam primo tẽtauit richardo ĩsidias ponere. Deide nõ ꝓcedentib⁹ cœptis lothariũ in ducẽ exasperat: idẽtidem crebro repetens richardũ ea potẽtia valere: vt rege nõ lõge inferior esse videat. tm̃ lothariũ apud francos posse: q̃ illi a richardo pmissum foret. q̃rendam idcirco ęquissimá occasionẽ esse qua hoĩs magnitudinẽ lotharius pessundet. Audiuit rex ęquo aĩo loquẽtẽ. quippe cui doleret tam magno potentatu hoiem esse scʒ sibi obnoxiũ q ꝓ suo arbitrio impata vel faciat vel recuset. Igitur richardo mãdat: meminerit neustriã francorũ ditiõis esse. cuius gratia in verba regis iurare & ei fidẽ dare debeat. Veniat ergo suo satis officio veteri more facturus. Ad regis mãdata se venturũ richardus respõdet. Quo ñso lotari⁹ ratus pfectũ iri posse q̃ in richardũ aĩo agitabat: balduinũ flandrensem: goffredũq; andegauũ: & theobaldũ comitẽ accersit. His tribus & magno militũ numero comitatus ad helná flumen quo richard⁹ accedere statuisset venit. At richardus cũ in aduersa fluminis ripa in cõspectu lotharii cõsedisset: fraudis humanę recordatus: exploratores clam a se dimittit q lotharii eiusq; gẽtis cõditionẽ & statũ sibi referant. Redeũtes q missi erãt dicunt oĩa apud francos ad bellũ instructa esse. putare se illũ armorũ apparatũ in ducẽ cõspirare. Ea re cõperta dux assistere sibi quosq; ex suis fortissimos iubet. quorũ ope nixus flumen traiicere frácos ꝓhibet. at potẽtię regis conscius: rothomagũ ꝓtenus cõtendit. Atq; ita suo instituto frustrat⁹ rex summa ĩdignatiõe percitus est. Nec ꝓpterea moratus alterũ ex francis burgũdisq; exercitũ cogit. Adq;

ebroicā normānię ciuitatē ꝓgreditur quā (ꝑdente gilber to fabro ferrario) recepit. Receptā theobaldo carnotēsi cō mittit ꝑsidio iposito. Inde in castellū qd' hermeuillū icole vocāt mouēs theobald⁹ cū illic diuti⁹ hęret: dux sequana trāsmisso: cū nō cōtēnenda manu hostes repēte adoritur. Cesi sunt in ea pugna ex theobaldi militib⁹ sexcenti sexagi ta. Theobaldo se carnotū recipiendi vix spaciū fuit. Re bus ꝓspere gestis richard⁹ metuēs ne magnis a lothario in cōmodis afficeret: ad erardū danorū regē legatos ire iubet q regē orent suppetias normānis ferre: q ex sua gente pro gnati essent. Gratus fuit erardo legatorū aduētus: seq; cū copiis ꝓpe diē affuturū respōdit. Nec richardū fefellit. In structa eñ classe ad ostia sequanę adnauigans militē in cō tinentē egressum in carnutes aduersus Theobaldū ducit: ducit: cūcta obuia nō aliter q̄ irruēs supnę grando quatit ꝓteritq;: nec minus ea q̄ lotharii erant quocūq; irrupit va stat atq; populaī transferens ad normānos vili ꝑcio quas auferebat ꝑdas. Inter has calamitates pontifices franci laudunū ad lothariū ꝓficiscitur occursuri tot icōmodis quibus afficiebātur. Ex lotharii sentētia carnoteñ. antistes ducem cōueniens: ex richardo petit: q̄obrem ipse q chri sticola esset tam diris calamitatibus per gentē christū nesci entem francos persequeretur. Qui cognito hęc mala a Ri chardo procurari q Lotharii iniquitatem atq; in se mali uolentiam maxime suspectā haberet: simulq; Theobal di qui ebroicam lotharii dono occupabat incursiones ra pinasq; vlcisci conaretur: antistes firmatis cum normānis induciis ad Lotharium reuertitur. Legatione ad re gem perlata: priusquā cum Richardo Lotarius quicq̄ pa cti iniret: iniuriarum satisfactionem Richardo exhibens ebroicam duci recōciliatus dimittit. Succedente die cum ad conuētum normānorum eundū erat: Richardus in ca stris danorum apud gōdelfossam apparare diuersoria ad excipiendum lothariū iubet. Ibi habito conuentu lothari

Ebroicā rex cepit.

Theobaldus carnotensis cōmes vicit.

Erardus danorū rex.

Recōciliātur lotharius et richardus.

us apud richardū se excusatū faciēs: commissorū a se obliuici ducem petit: speraret in reliquū tēpus regem sibi amicum fore: & ad res suas adiutorē. Regis seu vera seu simulata mansuetudine pspecta: Richardus offensam remittit: atq; ad hunc modū pace vtrinq; firmata discessum est. Ab hoc richardo fiscanii cœnobiū diuinę trinitati dicatū est. itemq; in suburbano rothomagi audœni templum: & in monte tumba sancti michaelis monasteriū multis cœnobitis cumulatum. Absumpsit autem illum mors anno salutis nongētesimo nonagesimosexto. & apud fiscanum sepult⁹ est. At inquiete animo lotharius regnū austrasię quod ludouici patris eius fuerat repetere ab othone cōstituit. Ad eāq; rem cōgregato exercitu aquisgranū maiore q̄ credi potest celeritate ingreditur. Prandenti vna cū vxore othoni: cū de francorū inopinata irruptione nūcius affertur: miruȝ in modum attonitus raptis que potuit fuga elapsus est. Prȩda ex regis palatio ditissimoq; oppido atq; ex omni ꝓuincia correpta contētus lotharius: retro in frāciā cessit. Quē non lōgo īterposito tēpore magnis copiis insecutus otho: castra e conspectu lutecię parisiorū ponit. Sed eruptione a ciuib⁹ facta: & othonis nepote cū aliis cō plurib⁹ fusis occisisq;: ciuitatis suburbia otho incēdit. Nec morat̄ lotharius hostē ad ysarā vsq; cū hugone magno & hērico duce burgūdię p suessionēsium agrū perseq vbi tā multis occisorū cadauerib⁹ alueus opplet⁹ est: vt a consueto fluxu ysara impedit⁹ in agros sese effunderet. Nihilo tñ segnius fugientē othonē francus pfectus est. At pacatis demum regib⁹: austrasiā cui⁹ cā bellū gerebat̄ othoni lotharius reclamātib⁹ regni francoꝝ multis ꝓcerib⁹ dedit. repugnāte etiam hugone abbate: q occasiōe ī de suscepta regnū affectauit atq; vsurpauit. Nec diu deinceps lothari⁹ supfuit. Nā apud remos morit̄ & ī diui remigii cœnobio tumulo illatus est anno nōgentesimo octogesimosexto. At quia de austrasię regno plurib⁹ locis fecim⁹ mētionē: isti-

Lothari⁹ othonē inuadit.

tuto nr̃o congruit q̃ fuerint olī ei⁹ regni limites patēti⁹ api re: testimoniū ex brabātię annalib⁹ capientes. Duas austrasię primarias sedes aliq̃n fuisse p̄ tēporū iterualla cōperio. mettim & aq̄sgranū. Hāc sigisberto filio rex dagobert⁹ ite grā viuēs attribuit: ab extrema sc; burgūdia ad alpes oriētē versus & ad mare frisonū inter rheni & schaldis flueta p̄tingentē. Cōprehēdebat traiectū. Agrippinā; coloniam. Treueri. Magōciā. Brabātiā. Gheldriā. Cliuiā. cū hollandia atq; zelādia: hanoniā itē atq; hasbauiā. Leodiū. Lēburgū. Alsaciā. Comitis palatini q̄ citra rhenū sūt loca. Siluā; arduēnā. Barrū/ quod i ducalē postinde p̄uectū est dignitatē. Cū ea portione q̄ lotharingia hodie appellatur: q̄ ad mosellā flumē ichoat: multis oppidulis & vicis frequens. Hāc gallię belgicę late extensam regionē prisci orientale; franciā: alterā cui carolus caluus imperabat/ quia ad occiduū solem p̄currit occidentalem dixerūt. Et austrasia quidē hiscę finibus cōsepta in partē lotharii magni imꝑatoris vt supra a nobis relatū est postea veniens: lotharingię nomen adepta: ad othonē vsq; quē tertiū dixim⁹ p̄māsit. Lothari⁹ p̄pterea rex de quo lōge supi⁹ dictū ē othonis sorori⁹ tornacū/ & alia q̄dā p̄ galliā belgicā oppida in p̄petuā; hęreditatē accepit. Recepta igit̄ austrasia: ottho lotharingiā ducat⁹ appellatiōe sublimauit. Cui⁹ magna pars brabātia extabat. Dictaq; est lotharingia iferior. At quia othoni lothari⁹ suspect⁹ erat: vt caroli fratris lotharii amiciciā demereri posset: eū terrę tractū q̄ lotharingia nūc vocatur illi dono dat rat⁹ Carolū beneficii recordatiōe fratrem in fide & beniuolētia ne nouos belli mot⁹ excitaret retēturū. Verū Carolo aurelię in carcere defuncto (de quo infra dicetur) Otho fili⁹ eius successit in ducatu: paulo post sine liberis decessur⁹. Cui in ducatu succedere rata germana eius noīe Gerberga/ ab hērico ipatore p̄hibita est. Et receptis ac reseruatis eidē Gerbergę & lāberto eiusdē marito hānoniēsi comitatu: louanio: Bruxellis: Niuella & plerisq; aliis

Austrasię regni limites.

locis: ducatus Lotharingię comitibus ardẽnensibus attributus est. Hũc tamẽ lotharingiá Godefrid⁹ Barbat⁹ a prędicta Gerberga ꝓpagat⁹ post centũ annos ꝓ magna parte recuperauit: a quo Brabátię duces hacten⁹ ortũ habere legũtur. Succedẽtes inde imꝑatores inferiorẽ lotharingiá partim coloniẽsi: partim leodiẽsi ecclesię donauerũt. Nõnulla vero ad leodios pontifices emptione peruenere. Ad hunc modum mutilata austrasia cum nomen tum regni dignitatem amisit. Adeo nichil est quod integrum perseueret. Principum enim donatione in alterius possessionem multa traducuntur. Desidentium quoq; regum perdũtur ignauia: vel tyrãnide (sicut sequens factum ostendit) vsurpantur.

Lothario successit filius adolescens ludouicus. Quę autem gesta ab eo sunt silentio ab hystoricis pretereũtur: vel quia propter breuitatem regnãdi nulla: vel quia indigna memoratu ipsi iudicauere. Apud compendiũ sepultus nominis tantum appellationem sui posteris reliquit.


Carolus deinceps lotharii frater regni gubernacula ex lotharingia cui⁹ ducatum gerebat tanq̃ legitimus hęres recipere tẽtauit: sed lauduni cum vxore agẽtem hugo qui capetus appellatus est opeatq; ꝓditiõe ansellini vrbis antistit⁊ recepta vrbe carolũ intercipit: atq; aureliá in custodiá mittit: anno salut⁊ nõgentesimo nonagesimo. Quo fere tpe angli grauissimum danis tributũ quotãnis soluere data fide ꝓmiserunt: is cẽsis fuit decẽ milliũ librarꝫ auri ãglicani. Interea caroli vxor duos enixa liberos ludouicũ atq; carolũ (q pmatura morte defũcti sũt) spem adipiscẽdi regni frustra accepit. Nã hugo ille capet⁹ animi magnitudie & rebus potẽs: cũ eius conatus nemo reprimeret: vi atq; armis regni se dyademate insigniri obtinuit: iactans ad eã rẽ se a sctis vualerico & richerio p quietẽ fuisse admonitũ / propterea q eorũ corpa dũ

de sepulchro ob metũ normánorũ trãsferebant plurimo cultu honorasset: & ad propria loca reduci curasset. Addebat ad miraculũ legitimã generis successionẽ. Ab odone eñi andegauo/ quẽ frãca nobilitas ꝑpter caroli simplicis pusillã ętatẽ regno suffecerat/ originẽ ducere gloriabatur/ eũq; patruũ appellabat. Eius odonis frater robertus hugonẽ magnũ parisiorũ comitẽ cum genuisset: fuissetq; vt paulo supra scripsi a carolo simplice ob regnũ affectatum occisus: ipe hugo magnꝰ hunc regni vsurpatorẽ capetum ex aygunde primi othonis impatoris sorore tulit. Qui iõ capetus appellatus est quia capucia p ludum in aula regia adolescẽtibꝰ nobilibꝰ aliis auferebat. Vnꝰ tñ flandrensis comes arnulphus hugonis temeritati aduersari tentauit. Hinc excitato bello hugo toto arthesio comitatu Arnulphũ mulctauit. Quẽ postea ĩtercessore richardo normannorũ duce ab hugone recepit. Arnulphũ ꝑterea lotharii fratrẽ nothũ remorũ põtificẽ: synodo eporum habita ab vrbe deiectũ in vinculis cõiecit & remis gelbertũ philosophũ posuit antistitẽ. Romani tñ pontificis iohãnis edicto arnulphus p signinũ senonũ pręsulẽ (reuocato gelberto) restitutꝰ est. Hũc gelbertũ magię scientẽ scriptores fuisse tradũt: eãq; artẽ ỹspalis didicisse q̃uis gallus esset: & floriaci monachus effectus. Othoni propterea gratus cum esset: rauennatem ecclesiam administrasse & tandem iohãne. xvii. mortem obeunte pontificatum romanũ fuisse adeptum. Nec fuit Hugoni vita diuturnior: sed ad reges francos apud diui dionisii ędem est appositus anno christianę natiuitatis nongentesimo nonagesimo octauo. relicto successore Roberto quem ex filia eduardi anglię regis susceperat.

Capetus unde.

Gelbertꝰ philosophus.

998


Hunc secutꝰ est filiꝰ robertus bonis moribus spectatissimꝰ rex: nec minꝰ optimis disciplinis eruditus. Cuiꝰ hactenus extant in ecclesiasticis sacris ꝑclara scripta: quæ responsoria clerus appellat.

Historia roberti regis.

Quorũ hec præcipua habetur. O iuda & hierusalẽ: quod pridie natalis dominici cãtari a clero cõsueuit. illud pterea de sanctorũ martyrum triũpho. O constãtia martyrũ: itẽ et illud Cornelius centurio: quod a diui apostoli petri arã scriptũ cũ rome esset pridie festiuitatis apostoli obtulit. Nec omittẽdã reor illam quã sequentiã gallica ecclesia vocat Sãcti spirit⁹ assit nobis gratia. que maximi alicuius theologi opus estimari possit. Principio regni eius Eudo carnotensiũ comes Castellũ meldunẽse quod bouchardi comitis erat galteri opera qui castello prefectus esset occupauit. Quod a roberto premonit⁹: cũ restituere ablata Eudo recusasset: accito richardo normanorũ principe: arcẽ vndiq; circũuallat: atq; expugnat: ꝓditorẽ galterum in arce deprehẽsum vna cũ vxore robert⁹ patibulo illaqueari iubet: & bouchardo arcẽ restitui. Tenebat eodẽ tẽpore burgundiã henricus. Qui vita deficiens: cum se liberis carere intelligit: terram robertã legat. Quãobrem ad landericũ niuernẽsem comitẽ spectantes burgũdi: roberto se obtemperaturos negãt. Igitur accersito richardo normãno quẽ secundũ vocant ꝓmotis copiis robertus antissiodorũ vrbem burgũdo audientẽ obsidet. Cuius obsidionis pertesi ciues dedita tandẽ ciuitate landericũ quoq; regi dedũt. Recepta ciuitate aualonẽ preterea munitissimã arcem robertus vi capit. Atq; hac expeditione satis sue estimationi factum ratus in franciã se cõuertit: vbi apud senones bernardus quidã agens graui tyrãnide dei sacerdotes & tẽpla vexabat. Qua ꝑsecutione percit⁹ leothericus senonẽsiũ presul cõmunicato cũ ramaldo parisiorũ pontifice consilio: ciuitatẽ tyrãno liberat. Liberatã roberto permisit. At cum renardus inde aufugisset: fromõdus eius frater occupata arce: regi resistit. Sed obsessam robertus post aliquot dies recepit: capto fromõdo quẽ aureliam ad patrẽ renardum misit: vbi paulopost defunctus est. Nec diu sup͂stes robertus fuit. Nã q̃rto & vigesimo regni sui anno q fuit xpiane

Eudo carnotẽsis comes.

Ducatus burgũdie ex legato hẽrici ducis roberto regi dimittitur. Lãderic⁹ niuernensis comes de burgũdia contẽdit.

Robert⁹ rex morit. Ecclesie a robto extructe.

gratię trigesimus supra mille ad cõmune regũ sepulchrũ delat⁹ & dyonisiana ędesepult⁹ ẽ: relictis suę memorię preclaris monumẽtis. Montis em̃ fortis arcẽ validissimis turrib⁹ & muris extruxit. Diui reguli apud siluanectũ ędem. Aurelię diui aniani tẽplũ. Stãpis diuę virginis marię basilicã. Augustuduni ędes sacras duas. Apud possiacũ diuę virginis ecclesiam. Hic cũ vxores duas diuerso tempore habuisset: ex cõstãtia guillermi arelateñ. filia hẽricũ suscepit. Ex altera que nouiomẽsis erat: duos symonẽ & amalricũ extulit. A quib⁹ focus: & duo eius liberi balduin⁹ & amalricus hierosolimorũ reges ꝓdierũt. De richardo secũdo insigni admodũ principe qm̃ mentio supra incidit: illud tradendũ litteris sum arbitrat⁹. fuit illi ĩ delitiis puella plebeia quã annos sex perdite amauit. tulitq; ex ea mares tris et fœminas totidẽ. Nec ab ea alienari potuit / q̃q̃ a suis maxime rogaretur illustri genere ducere vxorẽ. Sed puellam coniugẽ accepit. Ex eius liberis duo richard⁹ & robert⁹ tẽporis successione ducatũ normãnię administrauerũt. Tertius cui guillermo nomẽ erat ĩ fiscani cœnobio monach⁹ vixit. Alissa maxia natu reginaldo britonũ comiti copulata ẽ Alienora flandrię comiti: tertia nauarrę regi tradita. Richard⁹


Eligioso regi roberto successit henricus. Cui mater cõstãtia ita aduersari studuit: vt multis regni ꝓcerib⁹ ad eã deficiẽtib⁹ robertũ burgũdionem henrico prȩferre ꝓtenderet. Filios em̃ tres ex cõstãtia robert⁹ susceperat. hugonẽ ducẽ qui prę patre mortuus est. Robertũ burgũdionum ducẽ & hũc henricũ: de quo nunc scribim⁹: francorũ regẽ. filia autẽ balduino de insula flandrorũ comiti thoro licet immatura spõsa committitur. Aliza erat illi nomen. vnde nati sunt liberi mares duo ludouicus & robertus & fœmina que guillermo notho anglorum regi nupsit. Iam arces aliquot vrbesq; constantia occuparat: cum henricus matris potentiã furoremq; veritus: ad robertũ normãnorum ducẽ accessit: auxiliũ:

Contẽtio de regno int frẽs.

Norman noth dux robert⁹ hẽrico regi auxiliũ tulit.

opē𝗊; aduersus maternā vim petitur⁹. Qui hērici fortunā miseratus: magnis illū muneribꝰ cumulatū: validoq; insup milite instructū: ad patruelē suū malgeriū qui corbolii comes erat mittēs: comiti mādat hērici partes sequat & quoad p eū cōmode fieri possit tueat. Abeūte a duce henrico: ipse dux finitima normāniȩ castra q̄ regis erant capit: imposito illis firmissimo p̄sidio: ne ab illis quicq̄ belli in henricū insurgeret. His igitur auxiliis: suis quoq; copiis auctus henricus nō longo tēporis ꝓgressu & maternum in se rigorē deflexit: & q̄ illa abstulisset partim vi parti libera deditione facta recepit. Et p id tēpus parisii ciuitas cōflagrauit. Quo anno dn̄icȩ salutis millesimo trigesimoquarto: Cāpaniȩ comitē eudonē & balduinū flādrensem quibusdā arcibꝰ oppidisq; mulctauit. Quȩ cōmoda hēricus in deū referēs accepta: diui martini tēplū quod cāporū appellat: a se parisii cōstructū sacerdotibꝰ quos seculares vulgus vocat assignauit. At nō fuit illi eadē erga hoīes gratitudo. A normāna nobilitate post roberti mortē in suū ducē guillermū ꝯspiratione orta: hēricus potiēdi tilliariȩ arcis cupidꝰ a guillermo impetratā sed a gilberto crispino q seruādȩ arci ꝑerat defensā vi expugnat atq; incēdit. Deinceps ad septētrionē versus secundū mare ꝓficiscēs argētonā diruit. Inde ad tilliariā reuersꝰ arcē instaurat īposito prȩsidio. Cū suscepta aduersus guillermū cōspiratio ꝓcederet: guillermꝰ ad henricū nūcios mittit orās vt paterni in se meriti recordatꝰ: se roberti ducis a quo olim opē accepisset filiū cōtra inimicorū violentiā iuuet. Quo nūcio motꝰ rex correpto ꝓ tēpore exercitu: ad halsedunū vna cū guillermo copias in ꝯspiratores ducēs: eos multo militū numero superiores fudit. Neq; hoc modo meliore rex aīo in guillermū perseuerat: plerisq; hērico suadētibꝰ neustriā repetere quȩ ditionis francorū fuisset. Atq; his verbis motus henricus: bipertito exercitu normāniā ingressus ē: vno caletos duce eudone fratre: altero gaufredo martello ebroicenses

1034. Prioratꝰ diui martini de cāpis.

inuadit. Ea re cognita guillermus diuersis copiis: regis conatus tardare festinat. Ipe aduersus regẽ ꝓficiscit. frãci qui in caletos grassabant: & ad mortuũ mare vsq; peruaserãt a normãnis fusi: occisiq; sũt. Quã victoriã postq̃ guillerm⁹ accepit: in collẽ qui regiis castris ꝓxim⁹ erat caduceatores ascẽdere iubet atq; ibi q̃ maxima posset voce nũciare: fugatos fusosq; frãcos esse. Re cõperta hẽricus iniuriã acceptaʒ vindicaturus: gaufredũ andegauẽsem in auxiliuʒ accersit. Atq; ita vno agmine ꝓgressi cũ sinũ quẽdaʒ pelagi cui vadadiuę nomẽ est vno traiectu trãsire oẽs nõ potuissent: alterã que ĩpediẽte ęstu restiterat Guillerm⁹ adorit atq; interimit: spectãte henrico qui suis interlabẽte ęstuario auxilio esse nõ valebat. Quo infortunio admonit⁹ rex: secũ reputat q̃ iniquę Guillermũ lacessisset. Igit per nuncios ducis amicitiam expetit: & initam illibatę seruauit: restituta arce tillaria quã a guillermo iiuste rapuerat. hic est guillermus roberti filius nothus qui angliam haroldo rege occiso occupauit eãq; meliorib⁹ legibus informauit atq; continuit: quibus hodieq; vtuntur angli. Quieuit deinde a bello hẽricus & Philippum quẽ ex anna russionum regis georgii filia extulerat: se viuo regnare ĩperauit. Fuere pręterea henrico liberi duo Robert⁹ burgũdię dux atq; hugo qui magnus appellat⁹ est. Henrici tẽpore berẽgarius turonensis dyacon⁹ errorẽ de eucharistię sacramẽto excitauit: vbi non verũ christi corpus: sed exẽplar quoddã corporis inesse dicebat. A quo postea resipiscẽs sentẽtiã mutauit vixitq; apprime liberalis in pauperes & fœminę congressus impatiẽs. ita vt a plerisq; ꝓpter multã eius sanctitatẽ mortuus sit honorat⁹. Nã hildebert⁹ cœnomanẽsium antistes multis illũ carminib⁹ extulit: i quorũ extremo ad hũc modũ scripsit. Post obitũ viuã secũ. secũ requiescã. Nec fiat melior sors mea sorte sua Atq; eodẽ quo id factũ ẽ ãno hẽric⁹ defũct⁹ cũ atauo atq; auo regib⁹ sepelit ãno saluti millesimo sexagesimo. Moriẽs philippũ filiũ balduino flãdrie 1060

Berengarius

comiti cōmēdauit vt illi tutor adesset. fuit itaq3 balduin⁹ philippo fidelissim⁹ eiq3 adulto regnū sine cōtrouersia administrandū reliqt. Huius regis ętate burgūdi cū annos centū & triginta frācis regib⁹ paruissent ad cōrardū impatorē defecerūt. Vñ factū est vt q̄ vna erat burgūdia in duas partita sit. & alteram q̄ campaniā attingit franci: alteram q̄ bisantinos spectat alemanni impatores tenuerint.

Burgundie diuisio.

Eiusdem compendii Liber sextus.



Philippus q̄ hoc inter reges francos nomē prim⁹ accepit, p̄spera fortuna vsus: duxit vxorē berthā florētii hollādię comitis & frigię regis filiā q̄ ludouicū atq3 ɔstātiam pepit. Erat p id tps biturigū comes harpinus vir strēnuus & bellipotēs. Qui ī expeditionē q̄ illo tpe ad hierosolymā primū duce petro heremita: deinde godefrido bullionen̄. parabat̄, p̄fecturus: cū rei pecuniarię indigeret: biturigū principatū regi venalē, ppponit. Quē sexaginta milib⁹ nūmū ab henrico emptū francoꝝ ditioni ascripsit. Adiūxit pręterea vastiniū ex hmōi cā. Orto inter gaufridū barbatū andegauū & fulconē richinū vastinēses frēs: ob male distributā paternā hereditatē: richinus hērico, pmittit se vastiniū illi ppetuo relictuꝝ: si se aduersus fratrē bello decertantē non impediat. Igit annuēte philippo: richin⁹ fratrē dep̄hensum: in custodia donec moreret̄ habuit: atq3 ista vastiniū Hērico permisit. Ex quo factū est vt crescente supiore fortuna: philippo pariter habendi cupido augeret̄. Ea propter vilcassinū qd̄ ad frācos respicit: & frācū appella̅t occupat: & aduers⁹ hugonē domni martini comitē: mōtēmelianū munitissimā arcē muro circuncingit. Inter hęc cū ludouic⁹ adolesceret: & iā spem faceret futurę magnitudinis: pater ad regni consortiū illū admisit. Qui nō p socordiā atq3 ignauiā mollis & effœminatus neq3 ferarū venationib⁹ occupat⁹: ętatem egit: sed nunc iaculandi: nunc sagittandi: vel armoꝝ se cō

Biturigensis iure ēptionis ad francos pertinent.

Vastiniū item.

Ludouicus ad regni ɔsortium a pāre admittit.

ſuetudine exercebat. At philippus filii cura a negociis respirans: in aliud ſe incõmodũ intricauit. Nam in berthã odio ꝯcepto eã apud monaſteriolum in arce aſſeruari iubet: abducta a foco andegauo Bertranda vxore: quã ĩ pellicem annos cõplures habuit ſuſceptis ex ea liberꝭ philippo & floreo atq; filia vna. Eius adulterii cã cũ a ſtupro nõ reſipiſceret philippus roman⁹ pontifex vrban⁹ ſecundus regi hoim cõmunione interdixit. Habuitq; apud clarũmõtẽ aruernię ciuitatẽ ſynodũ anno ſalutis milleſimo nonageſimoquinto vbi de morib⁹ cleri multa inſtituit. quoꝝ illud añ oia eſt: ne a quouis principe bñficiorũ inueſtiturã clericus recipiat. Pręterea de cogẽdo aduerſus turcos exercitu longã orõnem habuit. Quãobrẽ plurimi adducti ſe cruce ſignarũt. atq; ĩ primis aymar⁹ aniciẽſis id eſt ꝑdienſis antiſtes clarus habitus. atq; alii de quib⁹ poſterius ſcribemus. Cõgregãdi concilii occaſionẽ petrus eremita dedit. Ex ſolymis eñ reuerſus vrbano narrat vidiſſe ſe ſymonez hieroſolyme patriarchã ĩ ſeruitute a calipha rege miſerabiliter teneri & ludibrio haberi ſarracenis. Quę lachrymando cũ petrus referret: hinc põtifex motus de expeditiõe in ſyriã ducẽda aim adiecit. Igĩ excõicatiõis ignominia percitus rex: recepta bertha. bertrandã dimiſit. Inter pr̃is libidines ludonic⁹ regni adminiſtrationẽ curioſiſſime gerẽs: aduerſus guillermũ nouũ anglię regez q normanniam roberto fratri abſtulerat: pręliis aliquot fœliciter geſtis: grãdi ſemper aĩo ſe geſſit: ita vt deſperata victoria anglus retro ad ſuos ſe ꝯuerterit. Vbi dũ venationi ĩdulget ſagitta ĩcerto auctore traiectus ĩteriit. Fuit equidẽ ludouico nõ ſegnis cura rebelles edomãdi. Bochardũ eñ mõtiſmorẽtiani dñm ob leſam diui dyoniſii libertatẽ in arce obſeſſum ad ſeuenire & dãna ecclię illata cõpenſare coegit. Droetũ mõtiacuz pręterea eius criminis participẽ incendio caſtelli quo ſe receperat affecit. Eius quoq; virtute & diligentia mathei bellimõtis temeritas pœnas luit Qui ablatã caſtelli luſarceñ.

Philipp⁹ berthã dimittit: et bertrãdã in delitiis habuit.

1095

Ludouic⁹ eccl'ie et pacis turbatores punit.

parte hugoni claromōtensi cuius filiā duxerat vxorē restituere ptēneret. Nam castellū vi atq; armis receptū ludouicus hugoni restituit. Fugientē aūt matheū ad chambeliacum vsq; psecutus: eū in arce obsedit sed crebris imbribus fatigatus & continuo tonitru perterritus miles: relicta obsidione & parte castroꝝ incensa: se fugę cōmisit: a qua non ludouici reuerētia: nō clamor nō preces fugientē cōtinere potuerūt. Ea re tantā indignationē cōcepit ludouicus: vt parisios repetēs sępenumero diceret: pulchrius esse crudeli morte si honesta esset occūbere: q̄ cū dedecore vitā ꝑducere. Igiť nouo exercitu contracto bellum redintegrare cōtendit. Sed matheus bellomōtēsis gnarus stultum esse maiorū iussis nō parere: amicoꝝ interuentu: & ipsius sup philippi auctoritate benigniorē habuit ludouicū satisfactione incōmodoꝝ exhibita. Elbonē pręterea rossiacum q Laudunensi & remēsi clero frequentez vim inferebat ad pniam compulit. Pari quoq; virtute leonetum de magduno aureliānēsem eccl'iam turbantē compressit. Per hos ītē dies guido de rupeforti primę nobilitatꝭ hō ęgre ferēs filiā quā ludouico nuptui dederat diuortio fuisse dimissā ꝓpterea q̄ cognatiōis gradu ludouico ptingeret: belli occasiōes quęritabat. Nec defuit maliuolo hoi ad flagitium

Gorneyū in matrna flumine.

socius. Erat ī materna flumīe castellū gorneyū: aquis murisq; munitissimū. Cui hugo pōponus pręerat: guidōis sectator. Hic q̄ secus publicā viā castellū situm esset: abductos a mercatorib⁹ equos in arcē sustulerat. Ea re indignatus ludouicus cū prędā pōponus nō redderet: ad castellū copias pro tpe celeriter ptractas mouet. vbi dum aliquot dies distineť: guido de rupeforti de obsessis sollicit⁹ a theobaldo cāpanię comite p richardū suę factiōis psortē auxiliuz petit: atq; impetrat. Ipe interim aliquot regni loca incursionibus populatur. At ludouicus cognito theobaldi

Theobaldus cāpanie comes ptra ludouicum.

aduentu: ex finitima gorneyo gēte milite raptiz collecto: in comitem instructo agmine pergit. Quem profligata

magna exercitus parte in fugā vertit. Inde reuersus victor ludouicus castellum recepit. Accessit ad hęc alia ab hōbaldo turbatio q sanctę serennę castellum quod in bituri-gibus ad lemouicenses spectat incolens biturigum agros crebris incursionibus vastabat. Igitur in prędatorem pro-fectus ludouicus in conspectu hostiū castra locat. Perflue bat eum locum riuulus quē hombaldus ad vtranq; ripaʒ occupabat. & quo vadum erat: ne franco pateret trāsitus li ber: prȩacutos palos defixerat. Qua re postq̄ se remorari ludouicus videt: ipse citato equo in hombaldū fertur: quē & alterum qui iuxta erat in profluentum prosternit. Qui-bus in alterā ripā elapsis: ludouicus qua vadum esse intel-lexit traiiciens: in hostes prope iam attonitos irruit. Queʒ insequētes franci hostem ad castellum vsq; profligauerūt. Hoc euentu perterritus hombaldus se & sua ludouici po testati permisit. Recepto castello ludouicus hombaldū in turre stāpēsi custodiri iubet. His dieb⁹ Robert⁹ de bruxel-lo in agro pictauēn. fontiseuraldi monasterium a petro pi ctauorum episcopo adiutus instituit opus mirificum & celebre. Hęc atq; alia strennue gerente ludouico: philip-pum melduni ęgrotantem vita destituit. Cuius funus reli-giosę curans ludouicus: ad diuum benedictum ligeren-sem extulit vbi se delegerat sepeliri. labente incarnationis dominicę Anno centesimo sexto supra mille. Philippo ad huc viuente cum per syriam atq; palestinā christiani a ma-humeti cultoribus diris incursionibus premerentur in-gens ex prouinciis orbis christiani militum & populi ex-ercitus insurrexit in syriamq; profecta est. Cuius bone par tis ductor fuit gaufridus bullone & lotharingię dux co-mitantibus eum fratribus suis eustatio & balduino. quibus se comites addiderunt anselmus richemontus Balduinus mancium comes: robertus flandrensis. Ste-phanus valesius Hugo magnus philippi regis frater vi-romandorum comes. Robertus normānorum dux. Ray

Hōbald⁹ biturigibus. Officium egregiū militis.

Expeditiō hierosolymitana a Gaufrido bullone duce.

mondus tholosates & alii cõplures. Duxit nõ min⁹ segni ter copias petrus eremita. qbus pdicando hortãdoq3 animũ dabat/ iter prȩliãtes fortiter militãs. Gaufridus autem cui ad tam longã diuturnãq3 militiã nõ suppetebãt opes/ bullionẽ castrũ quod in leodiis est oberto gentis epo vendit: acceptis mille & trecentis argenti marchis. Mettenses

Mettẽsium libertas.

pterea qui ad lotharingiȩ principatũ ptinebãt recepta ab eis grãdi (sicuti ego accepi) pecunia: sui iuris eẽ pmisit. qd non secus ac recuperatã libertatẽ hactenus seruant & constanti virtute tuentur.

Cõtentio d loco vbi rex sacrari debeat.

Patris funere digna pietate expleto: Ludouicus & si populari beniuolẽtia iuuaretur: non pauci tamẽ ex regni primoribus suspecti cũ illi essent: cõsilio yuonis carnotensiũ epi confestim aureliȩ conuentũ habuit. Ibiq3 cõuenientibus ex senonensi prouincia & viciniori bus vrbibus episcopis: regiis insignibus ornatus rex appellatus est. Quo ritu vix exacto: ecce a remis missi ab archiprȩsule nuncii venere: in mãdatis habentes: dicere remensem ecclesiã vnam iter francos esse: vbi reges sacra vnctione liniri optima consuetudine oporteret. Sed cũ sacrũ iam misteriũ absolutũ intellexerunt: obmutescẽtes irrita legatiõe reuersi sunt. Nec regi nouo quies diuturna fuit. Gingo siquidẽ ruffus: & Guido creciac⁹ ei⁹ fili⁹

Eudo comes corbeij a gingone fratre dñi venationi indulgẽt capitur.

pdis assueti: & qb⁹ doleret q castello gomeii spoliati a rege essent: aduersus quẽ eudo corbeii comes suppetias fratri mittere recusasset: isidias eudoni parant: eũq3 relaxandi animi causa venatũ pdeuntẽ inuadunt. Atq3 in vinculis i arce firmitatis balduini coniiciũt. Qua re animaduersa eudonis amici ludouico iniuriã sui domini renũciant. Adiicientes cum castellanis. hoc est cum oppidanis pepegisse: se eos dum aduenirent in castellũ admissuros esse. Rex igitur paucis: ne ab hoste dignosceretur: adcitis: ad firmitatẽ cõtendens Anselinũ cũ quadraginta equitibus prȩmittit Qui per pontẽ ad hoc paratũ itroducti: strepitu & susurro

suo castellanos rei ignaros excitarũt. Quo factũ est: vt no-
ctu & viarũ angustia ꝑpediti q̄ ꝑmissi erãt retro abire com-
pulsi sunt anselino capto: quẽ vna cũ eudone corboliano
i ergastulũ castellani demisere. Fuit ea re supra q̃ credi pōt
idignat⁹ ludouicus. Idcirco festinãter ꝓperat castellũ obsi-
dere aggerib⁹ quiq; p circuitũ erectis. Per eã obsidionẽ cō-
perto q̄ guido creciacus variato frequẽter habitu ad obses-
sos clam itroire tẽtaret: ludouicus arcẽ oppugnat. Qua re
territi castellani: ludouici ptãti se ꝑmisere. Quorũ aliis for
tunis oībus mulctati: alii carcere lōgo afflicti mortẽ obie-
rũt. Receptis ad hunc modũ iis quos hostis vinctos tene
bat: ludouicus reliq̄s metũ incussit. Sed aliud difficili⁹ Bellũ ab anglia.
mox bellũ ab ãglo rege exortũ ẽ. Eodẽ tp̄e hẽric⁹ quartus
anglis ĩpabat. cui⁹ nomen grãde quidẽ fuit. de quo her-
linus vates anglus vaticinat⁹ esse phibet q̄ inter anglos di
uinatiōis nō mediocre nomẽ obtinuit. Hic hẽricus ordi
natis apud anglos reb⁹: cũ in normanniã anno dñi cẽtesi-
modecimo supra millesimũ venisset: arcẽ gisortii quæ ad
ẽptã amnẽ inter frãcos normãnosq; limes est: a pagano ar-
cis dño vi extorq̄t. Quod factũ post q̃ resciuit ludouicus:
legatis ad hẽricũ missis petit: arcẽ aut restituat: aut diruat.
Sed ad hoc ventũ est: vt cōuentu apud plãcas habito: re-
ges de hac re colloquiũ inirẽt. Cũ ad designatũ consilio lo-
cũ reges accessissent: ludouicus aliquot ex suis ad henricũ
legat. Cui⁹ legatiōis primari⁹ ad hunc modũ locut⁹ fuis- Oratores franci ad henricum anglum.
se phibet. Cũ normãnię principatũ henrice ex franco rege
recepisti: iureiurãdo inter vos sancitũ est vter vestrũ gisor
tiũ arcẽ aut brayũ occuparet: is ĩfra quartũ occupatę arcis
diem eam dirueret. Quod pactũ q̄ñquidem ꝑuaricatus es
ꝑcepit rex vt cōdi ioni obediẽs arcẽ gisortii quã occupatã
tenes oĩno ꝓsternas: & q̃ dãna intulisti cōpenses. Si q̄spiã
ex tuis adest q̄ pactũ neget: parat⁹ est rex aut idoneis testi-
bus id ꝓbare aut bello rẽ suã agitare. Hęc cũ henrico nũci
assent legati: nullo expectato respōso: ad regẽ se receperũt

Quos ꝓtenꝰ secuti qdã ex normãnis: regẽ ĩpudẽter ꝯuenit unt: ꝯditionẽ (cuiꝰ mẽtionẽ fecerãt legati) ꝑnegantes. Propterea litigiosã rẽ iudicio decernãdã eẽ. Mittunt igit iterũ ad henricũ nuncii q certamen singulare: aut bellũ ĩdicent. Quibꝰ rñdit anglus: se id qdẽ (accedente ꝑ tpe occasione) curaturũ: ĩsani hoĩs esse: se reqꝫ oẽm suã ĩconstanti fortunę velut aleã luderet cõmittere. Ad hęc henrici verba tumultuãtes franci: leuibꝰ quibusdã ꝓliis in normãnos ꝯcurrũt. Sed cũ nox supueniens pugnã diremisset: discedẽte gisortiũ anglo: franci caluũ montẽ petunt. Qui sub diei sequentis lucẽ correptis armis gisortiũ expugnare cũ statuissent: ĩde sunt (normãnis ex oppido erũpentibus) repulsi. Hoc vt diximꝰ ĩchoatũ bellũ secũdo tãdẽ anno finẽ cepit. guillermo hẽrici filio ludouici iussa capessẽte. Cui ob ĩgenuaꝫ eius ĩdolem: arcem cuiꝰ causa digladiatũ erat: liberã ludouicus dimisit. Per id tẽpus ĩhumanũ facinus a socero in generũ patratũ silentio ꝑterire nõ possum. Est eñ tum sceleris atrocitate: tum supplicii grauitate cognitu dignum. Est ꝓxime sequanã edita rupes: in cuiꝰ altissimo iugo guydo quidã nobilitate ĩsignis arcẽ munitissimaꝫ extruxerat ĩdito a suo noĩe arci vocabulo. Rupes eñ guidonis etiam nũc appellat: in ea cũ aliquot sęculis ĩpe primũ: deide filii eiꝰ duo successu tpis habitassent: vicinos ppłos ꝑdis affligẽtes: guido tãdẽ alter hęreditario iure arcẽ suscepit. Qui maiorũ suorũ vitã exosus: ad humanitatẽ se cõuertit: ducta vxore guillermi cuiusdã potẽtis normãni filia. Hic guillermus normãna ꝑfidia vsus: genero ĩsidias ponit. si quo modo arcẽ illi eripere posset. Satellitibꝰ igit (quos loricis sub sagis ĩstruxerat) secũ assumptis: in sacellũ quo rem diuinã auditurus erat gener cõtendit. Ibi simulata pietate ꝑfidus socer dũ venientẽ cũ vxore generũ intuet occupata sacelli ianua guidonẽ summouet. Quẽ dũ satellites gladiis cõfodiunt: misera vxor in virũ humi ꝓcumbentẽ se ꝓsternit: prõpta oĩno vulnera q̃ marito ĩferrent satellites in

Crudele factum

Rupes guidonis

se excipe: aut pietate atq̧ mia ferociā ꝓpescere tyrānoꝝ. Sʒ frustra gladiis districtis lachrimę obiiciunt: iterimit aucto-re socero gener. Et qui ī arce īuenti sunt ad vnū oēs necā-tur. Pia aūt vxor & viri & suo cruore madens: se ad virū re-putādo vt potuit illapsa: dū mortuū maritū gemēs oscu-latur: ipsa pariter occubuit. Postq̄ tam atrox flagitium in vulg⁹ delatū est: finitimi loco ꝓceres sceleris īmanitate ex-citi / veriti quoq̧ ne anglus opem guillermo ferret / cōtra-cta ex agris qualicūq̧ manu arcē circūsistunt: missis ad Lu-douicū festināter nūciis / quid de homicidis agendum sta-tuat inquirentes. Rex crudele factū detestatus: mādat eos grauissimo atq̧ ignominioso supplicio affici. Cū ad arcē aliquot dies ꝓceres cōsedissent / rebus suis desperans guil-lermus: colloqo impetrato pollicet / si aliā sibi suisq̧ sedeʒ dent: se locū in potestate obsidētiū relicturū. Complures ex ꝓceribus ꝓmissum admittētes / dant fidem postulata cōplendi. Qui in arcem recepti reliquæ multitudini obsi-stere nec igressum ꝓhibere valentes: fidē datā seruare non potuerūt. quin furentiū more beluarū cohors ītus irrum-pens: satellites laniat / euulsis quorūdā intestinis: aliis p fe-nestras p̄cipitatis: quos qui foris aderant lanceis mucroni-busq̧ excipiebant. Ex sectū aūt guillermū flagitii auctorē corde p̄cordiisq̧ euulsis: crudeli vt dignus erat morte neca-uerunt. Occisorū p̄terea cadauera cratibus ligneis īposita in sequanā abiecerunt. vt secūdo flumine rothomagū de-lata: dignas suo flagitio pœnas luisse testimoniū norman-nis darent. Ad hanc īpietatē philippus philippi regis no-thus guillermo fautor fauisse creditus est. Nā a rege tertio vocatus: siue cōscientię metu / siue ꝓceptę rebelliōis cōcu-piscētia remoratus: parere neglexit / amicorū potētia fret⁹ Sed repugnantē & magduni obsessum ludouicus castiga-uit. Eodē animi robore Hugonē puyssiacū qui carno-tensiū agrū peruaserat ecclesiasq̧ prędabatur: neq̧ superis neq̧ hominibus indulgens in castello puyssiaco comprę

Philipp⁹ spurius.

hendit: atq; ad castruz laudunũ in vinculis habuit. Vnde
Corbolii. postea liberatus est: corbolii arce ludouico permissa: quã
theobaldus cãpanię comes eudone defũcto occupare ve-
hemẽter ardebat. At hugo quietis ĩpatiẽs: & datę fidei
oblit⁹: cũ in flandriã iter facturũ ludouicũ accepit: capto
cũ theobaldo & hẽrico anglo cõsilio: puyssiacũ quod di-
rutũ frãci reliquerãt instaurat. Theobaldũq; & normãno-
ruz nõ contẽnendã manũ in castellũ admittit. Nec sua ser-
uare cõtent⁹: thuriũ belsię oppidũ copias ducit atq; obsi-
det. Ea re ad ludouicũ delata/ a flãdria: quo iter habebat re-
uertẽs: ad hostes exercitũ ducit. In aduenĩẽtem theobald⁹
staret. Sed huic malo blancha ludouici mater remediũ attulit: iubet calones castris egredi: & arbores cuiuscꝫ generis fertiles atcꝫ infœcũdas succidere: eascꝫ conscisas ad castra importari. Quo nimirũ facto tanta lignorũ congeries in castris fuit: vt magnis crebriscꝫ ignibus excitatis: hybernꝰ rigor nec militẽ nec iumenta offenderit. Prima oppugnatione irrita: marescallus militũ dum secũdã oppugnationem parat: fossores instituit qui cuniculis viam in arcẽ faciant. Ipse interea machinis dispositis muros quatit: & simul militẽ oppugnationẽ facere iubet. Tanta fuit lapidũ vis: vt primaria arcis turre cõcussa nutaret: & muri cuniculis perforati ꝓpe dilaberentur. Quo periculo territi britones cum nullũ ab hugone subsidium sperarẽt se atcꝫ arcem ludouico dedunt. Belesmo superato: anglus Hugonem increpat cuius suasu bello se immiscuit. atcꝫ ita exercitu classi imposito angliã repetiuit. Per idem tẽpus ii q̄ hayapannelli incolebant: ad britones defecerunt. Sed blãchę iussu iohãnes de vineis in eos copias ducẽs paucis diebus compescuit. Ludouicus britonũ regionẽ ingressus arẟonem atcꝫ chancealũ validissimas arces cũ cepisset ducẽ perterruit. Qui ad fratrẽ Drocarũ comitem missis nũciis orat regẽ sibi ↄciliet: in se nullã morã fore quin ĩperata faciat. Comes de ducis aĩo certus factꝰ regẽ placat. Igr̄ datis obsidibus hugo iureiurãdo ꝓmittit nullo se vnq̄ tẽpore arma in regẽ capturum sed in fide cõstanter permansurũ. Cũ annos quattuor Ludouicus bona vsus fortuna esset: Regalis montis cœnobiũ non ꝓcul ab ysara flumĩe extruxit: collocatis in eo fratribus cisterciensis ordinis. Interea dum circa cœnobii institutionem rex animũ intendit: seditio inter ciues & parisieñ. scholasticos insurgit: ita vt nõ nullis vtricꝫ occisis cũ sibi de ĩiuriis acceptis satis nõ eẽ factũ scholastici q̄rũt: eo ĩdignatio ꝓcessit: vt de trãsferẽdo studio: hoc est vt vulgo loquũt vniuersitate/ ↄsultarẽt. Quos ẽt rex ãglꝰ frãcoꝝ ꝑpetuꝰ & ĩplicabil' hostis clãdestinis nũ

Blanche egregium factum.

hayapannelli.

Regalis mons.

Scholasticorũ & ciuiũ parisiensiũ dissentio.

cis vt id facerēt sollicitabat. Daturū se illis dicēs (si oxonē transirēt) domos ad diuersandū libertatēq; atq; priuilegia concessurū. Sed Ludouico cura fuit scholasticos cōtinere: ne nobile regnū litterario splēdore priuaretur: quē diuus Carolus magnus autore alchuino parisii locauerat. Nam ante id tēpus nulla scholę conuentio apud Parisios fuerat instituta. Quare miror quosdā doctrinę sibi sciētiā arrogātes iactitare ab athenis diuū dyonisiū aryopagitā secutam scholasticorū multitudinem romā primum: deinde Parisium demigrasse Cuius rei verisimilitudinē nullo vel grę ce locutionis vel collegii vel eruditi hominis vestigio confirmāt. Nam ante caroli magni ętatem apud Parisios scholasticorū conuētu; fuisse nemo scriptorū ꝓdit. Alioquin ex scotia venientes bedę discipuli Parisiēsis scholę autores frustra fuissent a carolo cōstituti. Nō negauerim tamē aliquot qui litteris operā dabant/ imperatoris Caroli potentiam secutos parisium aduenisse. Nam illud nonnunq̄ visum est: vt litterarū studiosi fortunā principum amplectātur sub quibus se quietissime victuros sperant. Erat comiti ꝓuincię filia margareta hāc ludouicus a pr̄e acceptā vxorē duxit. Curauit quoq; robertū fratrē terris atq; vxore donare. Nam arthesiū atrebatēq; illi attribuit despōsata mathilde brabātini ducis filia. Hoc fere āno q.M.ccxxix. dicebāt altera insularū balearīū id est maioricarū & valētia ciuitas a tarraconēsibus e mahumeti ꝑtāte recuperata est.

Dū hęc gerunt federicus secūdus romanus impator ꝑ nuncios ludouicū orat: ad vallicolorē venire non recuset. habere se q̄ illi cōicata esse velit. Ludouicus delectu militū habito: cū ad locū ꝑuenisset (federico ęgritudinē simulante) in franciā se cōuertit. Creditū est impatorē fallere rege; voluisse: vt si cū paucis aduenisset cōprehensum adduceret. Per hos dies balduinus bizātinus impator ludouico coronā xp̄i spineā dono dat: quam religiosissimo receptam apparatu ex vicennis ad dyonisianū cœnobiū por

Corona xp̄i.

tari iubet. comitātibus se fratrib⁹ roberto alphonso caro-
loq;. Nec multo post tpe ludouicus cognito q̄ balduinus
rerū inops bonam dn̄ice crucis partē cū spōgia & lancee
ferro quib⁹ dū cruci affixus xp̄s esset potus & cōfossus fue
rat pignori obligasset ingenti pecunia recepta: Ludouic⁹
per Balduini assensū dissoluto ęre sacrosancta dn̄icę pas-
sionis monimēta in regio apud parisios sacello ꝓdit: insti
tutis ibi ad dei cultū ministris. Deinde obstinatis in per
fidia albigēsibus cū multis militē francū iniuriis afficerēt:
accito Iohanne bellomōtensi rex illi impat copias in here
ticos ducere. Audiens regio dicto iohēs exercitū educit at
q̄ in primis arcē quæ mons regalis dicebatur expugnat.
deinde aliis atq; aliis locis itra paucos dies receptis rebellē
hęreticū domat & pœnis afficit. Igit̄ reb⁹ fœliciter exple-
tis postq̄ ad regē venit magnis munerib⁹ donat⁹ est. Eo
dem tp̄e mortuo nauarrorū rege: theobaldus cāpanus ei⁹
frater in regē a ꝓceribus assumit̄. Qui breui mora īteriecta
collecto ex suis atq; francis nō ꝓtēnendo exercitu in asyam
ꝓficiscit̄ aīo rebus xp̄ianis opē conferendi. Sed lasciuienti
bus & ꝓdis intētis gallis neq; Theobaldo regi parentibus
res male ꝓcessit. Nō receperat adhuc paterne hęredita-
tis alphonsus ludouici frater portionē. Comitis tholosa-
tis filiā ludouicus illi vxorē dat: cū Pictauię atq; aruerniæ
portiōe: & ea parte quā in albigesio tenebat. Mox vocato
regis iussu comite marchiensi: q̄ fidem alphōso subiectio
nis iure p̄staret: dehortante vxore q̄ angli regis mater erat
ad anglos contēpto alphonso comes defecit. Apud quos
multa fingens quasi suis esset possessionibus a Ludouico
eiectus: ꝓmouit regē exercitū in gallias traducere. Ea re co
gnita ludouicus copiis coact̄ in marchiā expeditionē du
cit. Monsterolūq; & bergā arces munitissimas occupat.
Bergam autē prorsus desolauit. Nec moratus foncēū vbi
Gaufredus lisigniacus erat circūsidet: quem & paulopost
nonontū vi expugnat. At mater angli regis vxor comi

Crucē xp̄i ꝑtē cū spōgia & lancee ferro pignori obligatā ludouic⁹ liberauit.

Theobaldus cāpan⁹ nauarre rex.

tis marchiani p⁹q̄ ludouicū videt sup̄iorē atq̧ potētiorē bello eē: veneno regē itercipe tētauit. Sed venietib⁹ i ludouici castra iis quos venefica mulier ad ꝑpetrādū facin⁹ istituerat cū dep̄rehēsi fuissent puluerē in cibos regios iiicere: furcis appēsi strāgulati sūt. Quę res adeo anglę mulieri indoluit: vt ꝓciscere sibi mortē tētarit. Sed a suis ipedita ꝑpetua ęgritudie laborauit. Cū ad hūc modū regis fortuna in dies melior esset: & multi ad eū auxiliares iugiter aduenietes: ad fontanetū arcē ꝓgressus eam obsidione cingit. Est autē arx in medio fluento altis turrib⁹ & muro duplici extructa: quā ii qui intus erant diligēti opera defendebāt: ita vt a nostris parū dāni acceperāt: ideo rex turrim ligneā erigi imperat ad eā altitudinē: vnde in arcē prospect⁹ esset: et lapides telaq̧ iaci possent. Sed i turrē iniecto ab obsessis igni machina cōflagrauit. in ea oppugnatione pictauēsis comes graue in pede vuln⁹ accepit. Quā ob rem ludouic⁹ oppugnationē redintegrat tāta militū contētione: vt alii portas cremarēt: alii funibus & scalis in muros scāderent. In arcēq̧ ad hunc modū irrūpentes eā cum comitis marchiani filio & equitib⁹ quadragita peditibusq̧ octoginta captam solotenus imperante ludouico diruerint. Fontaneto desolato: villariū mox quod ad guidonē rupefortēsem pertinebat: qui marchiani comitis partium erat destruxit. Idē & aliis cōplurib⁹ fecit: donec in ꝓspectu hostium castrametat⁹ est. Apud taliburgū hęc gerebant: & erat charētū flumē traiiciendū. Ponte igit facto cū francus pertrāsisset: frumētatores xantonas versus pabulantes cū oīa per agrū xantonū corriperēt marchian⁹ comes i eos ꝓgreditur. Sed ludouic⁹ nihil cūctatus auxilio frumētatorib⁹ affuit. Primoq̧ regis incursu senescallus comitis signifer iterēptus est moxq̧ redintegrātib⁹ pręliū regib⁹ pręliatū est diu atq̧ ferociter. Cessit tñ anglus retro: & pedē referre cœpit. Henric⁹ aūt cognita suoꝝ fuga xantonas petit i eo prælio multis occisis: capta sunt hostium duo fere milia.

Veneno Ludouicus appetitur.

Henricus xantonas petit.

Cũ hẽricus xantonas se recepisset: insequẽte nocte rece-
ptis quot poterat ex fuga militibus: portas sibi apiri iubet
simulás in francos ducere quos inopinátes & hesterno la-
bore defessos interciperet. sed puerso itinere blayam profe-
ctus est. Quocirca xantonib⁹ anim⁹ fuit ludouico se dedẽ-
di. Quos imitatus est reginaldus põtii dñs: venit & ad re-
gẽ maior natu filiorũ comitis martiani: mãdatis paritur⁹
Cui pax in hac formula cõcessa est. Quęcũq3 belli iure de
comitis possessionib⁹ rex haberet: ea comiti pictauorũ al-
phonso forẽt. Ipe vero arces messiniũ cretoyam atq3 estar-
dium sibi retineret. Cognito quid filius apud regẽ effecis-
set: comes pater assumptis vxore & reliqs liberis ad rege3
veniens ad pedes eius ꝓstratus q̃ cõuenta erãt roborauit
fidelitatis iureiurãdo iterposito. Pacata ad garonã vsq3
aqtania: henric⁹ blayã deserẽs cũ richardo filio burdegalã
traiecit. Vñ missis ad ludouicũ de induciis nũciis eas ęgre
obtinuit: reclamãtibus ꝓcerib⁹ francis: quos in asia richar
dus ignominiose habuerat. Per idẽ tp̃s fœderic⁹ impa-
tor germanus romanę ecclĩæ aduersabaẽ. Cuius tyrãnidę
ꝑssus põtifex roman⁹ Innocẽtius quartus lugdunũ dela-
tus: regẽ ꝑ nuncios orat: ad se venire nõ tardet. Verũ ꝑpe-
diente morbo: cũ apud pontisarã diu decubuisset: ponti-
fici morẽ gerere nõ potuit. Eius morbi cũ nullũ a medicis
remediũ eẽt: deo oĩa attribuẽs ludouic⁹ crucẽ dñicam sibi
assumẽs: reb⁹ hierosolymitanis subsidiũ ferre illocq3 expe-
ditionẽ ducere voto se astringit. Recupata sanitate rex clu
niacũ ad Innocẽtiũ se ꝯtulit. Apud quẽ dies quidecim de
hierosolymitanorũ reb⁹ ꝯsulẽs: põtificali tandẽ bñdictiõe
suscepta in franciã rediens Beatricẽ reginę sororẽ fratri suo
Carolo despõdet: andegauiãq3 atq3 cœnomaniã attribuit.
Innocenti⁹ vero lugduni ꝯsilium gñale celebrauit fœderi-
cũq3 imperatorem imperio priuat. Cardinalibus insigne
dat quod capite perpetuo deferãt: hoc est rubrum galerũ.
idq3 diligenter seruatur. Quo pontifex eos admonitos eẽ

Marchie comes ad ludouicũ venit.

Beatrix vxor caroli ludouici fratris.

Cardinalium insigne.

voluit paratos omni tēpore esse debere sanguinē fundere pro christiani populi libertate tuenda. Dissoluto conuentu lugduneñ. dum pōtifex ad cōponendas neapolitanas res contēdit/ neapoli interiit anno salutis ducētesimo quinquagesimoquarto supra millesimū. Memor deinde votis paratis quę ad hierosolymitanā expeditionē pertinebant Parisios adiēs: relicto Alphōso fratre q vna cū blācha matre regnuʒ admistraret lugdunū contēdit: vbi fœdericū timens innocētius agebat. Salutato pōtifice Ludouic⁹ iter ingredit & mari apud aquā mortuā vbi classis parata erat cōscēso cyprū appulit: vbi hybernauit. Eo venere ad eū tartari quidā ab Erchaltao principe cū litteris missi: quib⁹ cognoscit Chaā tartarorū regeʒ christi fidē accepisse: & baptisatū esse. instructūq; militeʒ magno nūero habere: quē in fidei hostē duceret. Gratulari etiā Ludouico/ cui auxiliaris eē cuperet. Nūciis liberaliter acceptis gratias habuit Erchaltao. Litterarū quas andreas qdā prædicatorū ordinis gallicas: fecerat mri Blāchę Ludouic⁹ demisit. Ad primū autē insequētis veris tēpus cū apud cyprū nō pauci ex frāco exercitu morbo interiissent Ludouic⁹ soluēs in ęgyptū ꝓspera nauigatione delat⁹ est. Est damyata ęgypti vrbs nilo adiacēs quæ & helyopolis dicta est. Cū in vrbis ꝯspectū classis aduenisset: ęgyptii p ripas dispositi nostros a ꝯtinēti facile repellebāt. Sed desiliētes ex nauib⁹ frāci hostē damyatā repetere coegerūt. Positis nō lōge ab vrbe castris primores damyatani igne p muri circuitū iposito: noctu aufugerūt. At nostri accepta illorum fuga: loco potiūtur atq; ignē restingūt. Ego autē legationib⁹ volens abstineo quas ab oriēte ad Ludouicū missas qdaʒ scriptores tradūt: quæ plus verboruʒ q̄ rerū ad rē gestam pertinētium habent. Damyata capta: ruderibusq; atq; inquinamentis hostium purgata ciuitate: ritum christianę religionis legatus qui in expeditione cū Ludouico erat ordiauit.

Ludouicus ad cyprū appulit.

Damyata: q̄ et helyopolis.

Postq̄ a labore miles se refecit Ludouic⁹ ad masserā quā

pharamiam platina vocat exercitum ducit qua nili pars al
luit. Dum exercitus composito agmine incedit: hostis no
stros vt poterat: premebat: quo cũ leuib⁹ cõmissis prelijs
frãcis superior euadẽs: tandẽ in insula quã nilus proxime
masserã efficit castra deposuit vbi varia fortuna pugnatuȝ
est. Nã tãetsi hostis fuga & clade dãnificatus est amisso iter
ceteros duce pharhardino: tamẽ ludouic⁹ plurimis incõ
modis accept⁹: fratrẽ insup robertũ arthesii comitẽ amisit. Robert⁹ arthesij comes mo ritur.
Nã cum post hostiũ fugã stragẽq; frãci in castra se recipere
debuissent: ipsi p agros palantes regionẽq; lustrantes: ho
stem mox viribus receptis in se cõuersum senserũt. Quem
egre sustinẽtes: cũ in castra rediissent: a tergo insecutus hõ
stis castra oppugnare nõ distulit. Sed inde egregia nostro
rum defensione repulsus ẽ. Ad hec incõmoda grauis quo
q; pestilentia & fames frãco militi accessit. Ita vt rari integri
essent. Eodẽ tempore ingẽtibus copiis instructus soldan⁹
masserã aduenerat. Qui cognita rerũ presentium cõditio Ludoui cus capit.
ne: postq̃ accepit ludouicũ egrotare: & de repetẽda damia
ta consiliũ capere: suos in armis stare iubet: qui statim iter
agẽtibus nostris irruẽtes: & regẽ ipsum duosq; eius fratres
carolũ & alphõsum cũ reliquiis exercitus cõprehendũt.
Eos vero q̃ infirmitate laborabãt per nilũ petentes damia
tam vd vnum necauerũt. Ludouicũ vero soldanus p suos
medicos diligẽter curare iubet. Curatũ de iduciis alloqui Inducie.
tur. Que his cõditionibus firmate sunt. Ludouicus milia
octo bizantiorũ sarracenorũ sui redimẽdi gratia solueret:
damiata soldano restituta: soldanus vero quosq; captiuos
ex egypto aliisq; sue potestat⁹ locis liberos emitteret. Que Nota lu dovici fi dẽ ⁊ cõstan tiam.
nisi impleta redderet: iurat alioquin se mahumetũ perne
gasse. Eandem conditionem cum soldanus a ludouico de
christo deo exigeret iusiurãdum religiosus rex exhorruit
negatq; cõstãter id se facturũ. Inducijs datis soldan⁹ a suis
occidit. Eo interẽpto homicide ludouicũ districtis gladiis
cõuenietes petunt pacta sibi seruari quae cũ soldano cõue

misissent. Igitur annuente rege damynta hosti dimittitur. demum receptis fratribus & captiuis principibus rex dimissa egypto in syriam venit. Hostis vero de duodecim milibus captiuorum: tribus tantum milibus restitutis reliquos vel trucidauit vel mahumeti impietati consentire coegit. Ludouico capto exercitati plerique per germaniam atque galliam adolescentes: tanquam regem custodia eximere sperarent conuenientes duce hungaro: qui illis non aliter quam episcopus praesidebat: magnam sibi sociorum multitudinem coegerant. Atque ita per parisios aurelianosque et bituriges profecti cum non furto non adulteriis abstinerent a biturigibus non longe a vico qui mortuum mare dicitur qua ad nouam villam iter est: perempti sunt. Hi enim pastorellos se nominari volebant. De quibus hoc distichon scriptum esse comperio.

Fides ab hoste violata.

Pastorelli.

M. semel: & bis. c. l. i. coniungere disce.
Duxit pastorum saeua megera chorum.

At Ludouicus in syria agens: ne repentino suo discessu hostis pacta non seruaret: praemittit in franciam fratrem pictauiae comitem: qui administrando regno operam cum blancha matre daret. Ipse interim vt erat religiosissimus cum sydonem vrbem peteret: christianorum cadauera quae per vias insepulta putridaque iacebant: suis manibus sepeliuit. Ioppem quoque & alias per syriam dirutas: & maritimas vrbes muris turribusque muniuit. Peregrinatus praeterea in ciuitatem nazareth atque ad thabor montem: ioppem regressus est. Vbi nuncio de matris morte accepto postquam debita deo pro matris animae salute persoluisset post sextum huius expeditionis annum franciam repetere constituit: in quam angli incursiones facere parabant. Eadem tempestate heremitarum ordo qui augustinensium appellatur initium dedit sanctitatis. Cum parisium venisset Ludouicus conuentu generali habito rempublicam reformauit: statutis optimis legibus de iure a iudicibus dicendo: & de officiis non emendis. De irreligiosis atque execrabilibus iuramentis: de scortis quibus domos & lustra habere ad explendam libidinem interdixit. Vetuit praesides,

Rex pius

Optime leges.

atq; pretores quos aut balliuos aut præpositos appellant possessiões in territorio suę ditionis dū præfecturā gerūt: cōparare. Liberos suos matrimonio copulare incolis prouincię cui præsidebant ꝓhibuit. Per id tēpus præfectura apud parisios venalis habebatur: soliq; ciues precio illā sibi vel liberis suis cōparabant. Vnde fiebat: vt inopes premerent̄ opulēti omnia licēter agerent. Fures nullis pœnis afficerētur. Hanc venalitatē rex prohibuit: constituto annuo stipendio ei qui pręfect⁹ esset. Atq; ita stephanū boilleum iusticia atq; ęquitate spectatum hominē pręposituꝫ instituit: qui officiū adept⁹ intra paucos dies statū ciuitatis longe tranquilliorē reddidit. Interim dū rex palatio egressus audisset blasphemū quēdam dei nomē iterum temere assumere: candēti ferro labra deierātis inurere iubet.

Stephanꝰ boilleꝰ. ꝓpositꝰ parisiorū.

Erant in cœnobio diui nicolai laudunēsis adolescentes tres ex flandria nobiles discēdi sermonis frāci gratia illic a parētibus positi. Hi laxādi animi causa arcu & sagittis desumptis: cū in ꝓximū cœnobii saltum processissent: ferāq; vltra monasterii fines persequūtur: siluę custodes ab enguerrāno conciaco cōstituti: adolescētes cōprehensos ad enguerrānū ducūt: quos non secus ac alienę rei inuasores habitos patibulo appēdit. Qua re ad ludouicū per gilluꝫ brunū frācię conestabilē delata (hoc eñ est nomē eius qui militię apud frācos prim⁹ post regē pręficitur) enguerrandū ad se vocat: venientē tāetsi ludouicus vltimo supplicio plectere aīo cogitaret: flexus tamē precib⁹ amicorū: quos apud regē multos habebat enguerrān⁹: decē illū milib⁹ librarū parisiēsiū mulctauit: atq; trieni exilio ī syriā ire ibiq; opē aduersus sarracenos xp̄ianis ferre īperat. Ex enguerrāni mulcta hospitalē domū apud pōtisaraꝫ: apud parisios dormitoriū fratrū ordinis diui dominici tecto cooperire: et minorū ecclesiā extruere iubet. Et cū inopū atq; egenorū curā sollicitissime gereret: iis q̄ luminib⁹ orbati eēnt locū parisii assignauit sacello atq; cellulis vbi hītarēt extru-

Enguerrānu cōciaci iniqtas

ctis quē cecorū locū appellauit. Eius quoq; impēsa cōplures religiosi coenobia parisii ędificauerūt: ipius Ludouici opus est dom⁹ hospitalis secus sequanę littus ꝓpe tēpluȝ diuę marię parisien. Et pręterea apud compēdiū sancti nicolai diuersoriuȝ egenorū. Est & rothomagi apli mathei coenobiū: & apud longumcāpū monasteriū monialium diui francisci regulā ꝓfitentiū. Attribuit quoq; diuerticulū poenitētib⁹ foeminis q̄ a libidine resipiscerent: quas dei filias appellauit. Cartusiensib⁹ etiā extra vrbē ad sancti michaelis portā monasteriū dedit. Deduxit pręterea ex mōte carmelo viros religiosos quos a mōte ipo carmelitas dicimus. Quib⁹ apud parisios locū ecclesiāq; attribuit. Huiusmodi operū studiosus rex alieni quoq; minime tenax erat. Vñ veniētē ad se hēricū āglię regē ad annū salutis millesimū ducētesimū quinquagesimū nonū summa charitate excepit: dimissa illi aquitania: ea quidē lege: vt normannię andegauię atq; cenomanię cederet. ob quas magnę olī ꝯtentiones inter francos anglosq; extitissent & quas a philigpo augusto receptas frācię reges ad eā ętatē possedisset. Addidit quoq; lemouicēses petragoricas & cadurcos Agēnensem vero agrū quē alphōsus eius frater nuptiarū lege tenebat ab anglo grandi pecunia redemit. Adiecit praeterea xantonū partem q̄ vltra charentā amnē est: retēta regibus francis supma ditiōe atq; ꝑtāte. Et ne timoratę ꝯscientię rex scrupulo trepidātis animi offenderet: quingētis militibus annuū stipendiū ꝯstituit: quos hierosolymam aduersus xp̄ianę religionis hostē anglus mittere decreuerat.

Carmelitę.

Firmata iureiurando inter reges pace: anglus in angliā transfretauit. Ludouicus missis ad iacobū tarraconēsium regē nunciis: ysabellam eius filiā phlippo filio vxoreȝ ipetrat. Atq; ꝑ has nuptias iacobus carcassonē vrbē cū aliis q̄busdā locis q̄ in ꝓuincia tenebat ludouico reliquit. Ludouicus ꝯtra russilionē cathaloniāq; de quibus cōtrouersia agebat iacobo ꝑmittit. Eodē tpe manfredus foederici im-

ysabella filio iacobi aragonuȝ philippo ludouici filio nubit

peratoris nothus siciliȩ regnum occupabat. Cui alexāder
quartus pōtifex romanus cōmunione hoiꝫ interdixit ꝙ
sedē aplicā infestaret: militātibꝰ cum eo iudeis atqꝫ sarrace-
nis. Pręterea & ꝙ alexandro successit vrbanꝰ quartꝰ manfre
di tyrannidē ꝓsecutus: ludouicū ꝑ nūcios orat festinet ad
se mittere Carolū eiꝰ fratrē andegauię ducē cui siciliȩ vtrū-
qꝫ regnū cū apulia & tarento donaret: graue ꝓfecto incō-
modū andegauoruꝫ familię. Hinc em̄ bella geri oportuit
quibus andegauorū principes ad carolū vsqꝫ octauū fran
cię regē occupati vano labore & plurimo damno sese exte
nuarūt. Pōtificibus romanis nūc ad frācos nūc ad tarraco
nes aut hyspanos pro tēporū ꝯditiōe inclinātibꝰ. Nā cali-
xtus tertius & pius secūdus pōtifices romani Renato an-
degauēsi atqꝫ iohāni eius filio palā aduersati sunt. tutātes
ferdinādū nothū cui pater alphōsus apulię regnū ꝯtule-
rat retento sibi sicilę regno. Itaqꝫ illud verū est: italiā gentē
in gallos taꝫ ꝓfidā semꝑ extitisse: vt nulla expeditio alpes
ex gallia ob hmōi cām trāscēderit: vñ nō laceri & mendi-
cātes milites frāci nō redierint. Hadrianus nēpe quintꝰ ca
roli andegauensis potētiā veritus/ eū ꝑsequi cogitauit. sed
morte pręuētus est. Vrbanus pręterea quintus ludouico
huius primi caroli nepoti inimicꝰ fuit Carolo vngaro fa-
uēs: aduersus iohannā reginā q ludouicū in filiū adoptas-
set. Consueuerunt em̄ romani pontifices statim eos suspe-
ctos habere quos in regno hoc siciliȩ ꝓsperari cognoscūt
Cognita pōtificis volūtate: rex cōicato cum fratre cōsilio
mortē vrbano gerendū esse ꝯstituit. Igit plurima militum
manu collecta: carolus aduersus manfredū philippū mō-
tifortensem pręmitt: q viā romanā ꝑ id tp̄s a māfredi mili-
te obsessam patefaceret. Subacto ꝑ philippū viarū impe-
dimento: Carolus ꝑ lōbardiā romā petere iubet: ipe mar-
siliā ꝓfectus: instructa triremi: ducibꝰ guillermo cornuto
& Roberto de basles peritissimis naucleris ostiam delatus
romę tandem exceptus est. mox adepta senatoria dignita

te dyadema quoq siciliç regni (donāte clemēte vrbani successore) accepit: annua quadraginta miliū ducatorū pensiōe indicta: quā sedi apl'icç solueret. Additū quoq est: imperiū non recipet etiā si ad illud gerendū accerseret. Cum romaniā miles franc⁹ nondū attigisset carolus romç aliquot dies moratus est. Recepto vero exercitu: & pontifice salutato: cū sancti germani arcem fortissimo pręsidio defensam expugnasset: in manfredū beneuenti agentē mouet. Commisso vtrinq prelio: manfredus occubuit: & beneuētū vi receptū. Reliqua gesti a carolo in apulia belli nō persequor. Satis ēn illud constat māfredo atq cōrardino supato: Hērico itē hyspanieñ. fugato: & apud montē cassinū p loci abbatē capto. & in carcere vincto: carolū regno esse potitū donec constātia aragonū regina bellū aduers⁹ eū instaurauit. Dū hęc in apulia a carolo gerūtur: legatus a pōtifice romano ad ludouicū parisiū venit: q regem ad hierosolimitanā expeditionē hortaret. Nullū negociū fuit sua spōte currentē pmouere. Cōuocato ēn ex toto regno cōsilio: postq̄ legat⁹ rei xpianç in syria statū lōga oratione patefecit: oēs pari voto fidei cām amplectentes: vna cū rege cruce se insigniūt. Classe igit apud aquas mortuas parata: rex cū trib⁹ suis liberis philippo iohāne atq petro anno xpianç gratię. M. cc. lxix. exercitum eduxit. Cōdito prius testamēto. regniq administratiōe & custodia symoni de nella & dyonisiano abbati matheo vindocinēsi pmissa. Impositis classe militibus: cū in altū delati sunt: egregę seuissimas tēpestates ad sardiniā insulā appulerūt. Vbi recreatis iis q morbo affecti erāt: cū reliquę naues ex marsilia aduenissent: thunicium nauigare consiliū fuit: ppterea q eius terrę pricep s missis aliquando ad ludouicum nunciis religionem christi profiteri proponeret si per pcerū suorū voluntatem commode posset. Hac spe adductus rex: cum non longe a charthaginensi portu abesset: admiraldum cum aliquot nauibus præmittit qui duabus tan

Altera in syriam expeditio.

tum magnis in ipo portu nauibus visis: eas occupat: & mi litem in continentem educit: significās regi opus esse ma iore manu. Igitur ludouic⁹ mouēs cum nocte illa copias nauib⁹ cōtinuisset: interi hostis littora armatis complet. Egressis tādē i terrā nřis: fōtesq; aut puteos qrētib⁹ occur rit copiis potenter instruct⁹ hostis. Qui tametsi sūmis viri bus francos adoriret: decē tñ milib⁹ suorū occisis terga vet tit. Rebū gesta classis pfecti ludouicū cōuenit. Admo nētq; carthaginē non magno negocio expugnari posse: si ad muros vrbis copię pmouerent. Acceptis a rege copiis pfecti carthaginē oppugnare ꝯstituūt. Interea hostes eru ptione facta: castra nřorū inuadūt. Sed castrorū marescal lus educto in hostē milite: inter vrbē hostēq; suos locat. p fecti vero classis signo dato arcē aggrediunt & capiunt. Ar ce a nostris occupata: ludouic⁹ cum iis quos secū habebat marescallo se coniungit: atq; ita sarraceni vertunt in fugaꝫ multis eorū interemptis: multis etiā in abditissimis spelū cis saluatis. Post habitā victoriā rex carthaginē ingressus thuniciū proficisci distulit: donec carolus siciliæ rex vt p miserat aduētasset. Et quia crebris incursionib⁹ hostis exer citum vexabat: vallo fossisq; munire castra iubet. Ea re co gnita thunicii rex cōtracto numeroso exercitu: ordinatis q; aciebus ad maris littora procedit. vbi naues in anchorꝭ stabāt. At robert⁹ arthesii comes primā hostiū aciem pro moto e castris milite: intercipit. Iohēs itē cambellanus di uerso a roberto itinere ducens: ita hostes cōpressos dedit: vt eis paruā se tuendi ptātem relinqret. Elapsi tñ fuge se cō mittūt: comitātib⁹ his q ex arce cū ingētib⁹ spoliis aufuge rāt. Interfluētib⁹ post hæc paucis dieb⁹: propter pestilētes aquas & aerꝭ intēperiē morbus exercituꝫ inuasit: mortuiq; sūt imprimis iohēs tristanus niuernēn. comes & romani pontificis legatus: & plebeii non pauci. Et ludouic⁹ ipe vē tris profluuio laborās: postq̄ ad se vocatū philippū filiū salutari doctria admonuit: sacris xpianis mlta religiōe ac

Thuniciū ludouic⁹ petit.

Post sarracen⁹ fugit.

Thunicii rex.

Pestilentia in exercitu frācorum.

Sctūs ludouicus moritur.

pietate pceptis: cinericio strato decũbens septẽ & quinqua ginta annos natus aĩam efflauit. qui p oẽm vitã singulari charitate pauperes curauit: ita vt quoq; die centũ & vigin ti inopes quotidiano alimẽto reficeret: prẹter alios quib⁹ xp̄i exẽplo pedes ipse abluebat. Nec horrori sibi erat exul cerátos fetenti sanie leprosos osculari: & eos ad colloquiũ admittere. De ludouici obitu icertus mihi autor hoc disti chon edidit: quod nõ tam ꝓpter carminis venustatẽ q̃ ad piissimi regis memoriã hystorię cõiunxi.

Anno milleno bis centum septuageno:
Thunis catholicus decessit rex ludouicus.

Ludouici liberi

Suscepit ex margareta comitis ꝓuincię filia liberos no uẽ. Philippũ qui successor ei⁹ fuit. Ludouicũ q iuuenis in teriit. Iohãnẽ niuernensiũ comitẽ. Petrũ alenconiũ: & ro bertũ comitẽ claromontanũ agri beluacensis. ysabellam quã theobaldus nauarrorũ rex coniugẽ accepit. Blanchã ferrãdi castellę vxorẽ. Margaretã cui brabãtia mortuo vi ro accessit. Et agnetẽ roberti burgũdi ducis vxorẽ. Ab hac quã ludouicus thori consortẽ acceperat extructũ est ĩ sub urbano sancti marcelli cœnobiũ quod cordigerarũ pari siani vocant vbi rege defuncto cõtinentissime habitauit.

Pyramides dyonisiane.

Mortui regis ossa carne nudata ad sanctũ dyonisiũ elata sunt & humo cõmendata. Dũ aũt a parisiis fun⁹ efferĩ fue re designatis locis stationes vbi pyramides cũ lapideis sta tuis & xp̄i cruce cõstructę q̃ ad hanc vsq; diẽ ꝑsistunt. Eius tã religiosi pricipis plurima opa miraculis cõprobata le

Austera ludouici vitã.

gunĩ & credũtur. Oĩ quadragesima & p solẽnẽ xp̄i aduen tũ/ & dieb⁹ quattuor ab suscepta eucharistia vxoris cõcu bitu abstinuit. Peccatorũ cõfessionẽ oĩ sexta feria sacerdo ti faciebat. Erat illi flagellũ quinq; cathenulis ferreis ꝯfectũ quod ĩ eburnea pixide ferebat. Quo a sacerdote post factã ꝓfessionẽ detectis scapulis ꝑcutiebaĩ. Cilicio freqnter vsus est. Eo cũ admonente ꝯfessore abstineret cingulo cilicino ad nudã carnẽ vtebatur. & nihilomin⁹ solidos. xl. paupe

ribus sacerdotis ministerio dietim dari iussit. In archiuis caroli quīti repta est cartula pceptorũ q̄ hic diuus rex filio suo primogēito dñ̄ thuniciũ obsidebat dictauit & scripsit Quã ex caroli thesauro receptã girardus de mōtaguto regius scriba carolo exhibuit anno salutis. M.ccclxiiii. Quę omnia quia salutaris disciplinę plena sunt ita latina feci.

Deum libera mente amato/ quo sine nemo saluus est.

Nullo illum crimine offendito.

Tolerabilior tibi mors esto/ q̄ peccatum.

Si te premet aduersitas: durato/ tanq̄ cōmeritus. hinc tibi prouentus accrescet.

Si prospera blandientur: gratias illi exsoluito. Non supbito. Dementis est/ ob acceptũ bñficiũ in datorē extolli.

Perito & sapienti sacerdoti: tuã frequēter cōscientiã apito. qui te intrepidus male operantem libere reprehendat. doceatq; quid sequaris.

Diuinã rem atq; ecclesiasticã religiose auscultato. nec confabulator huc atq; illuc circũspectans. Sed voce menteq; deũ orato. illo maxime tempore cuz hostiam consecrat tractatq; sacerdos.

In egenos pius esto. & miseriis illorũ pro tuis facultatibus subuenito.

Cũ tibi animus dolet: anxiusq; erit: id quod molestum est aut sacerdoti/ aut fido tibi amico reuelato. quodcũq; illud est leuius feres.

Religiosis aut probis seculi viris sępius communicato. Perditis autem atq; perfidis abstineto.

Sanam doctrinam clam palã vel libens audito.

In quaq; re bonum diligito. malo ne faueto.

Nulli fas esto te corã loqui qđ peccati prę se ferat exēplum Igitur detractoribus dum ades fores recludito.

In deũ & sancta blasphemos indēnatos non pręterito.

Pro acceptis bonis deo gratias sedul⁹ agito. vt meliora recipere dignus habearis.

Erga xp̄icolas ꝓ ęquo & bono rigidus rectusq; esto. nec i vllam partem inclinato.

Pauperū causis eatenus faueto quoad verum se ꝓdat.

Si aduersum te q̄stio agitatur: min⁹ tibi q̄ litigatori donec verū ꝯpereris indulgeto. eo pacto iis qui tibi assistunt ꝯsules. liberiusq; & sanctius iudicium ferent.

Si quid alienū ministri tui/ vel ip̄e occupas: idq; certo nosti: mox restituto.

Si dubia res est: inquisitoribus qui verum protenus perui deant committito. In hoc enim maxime te versari decet: vt ii qui magistratus gerunt/ quiq; tibi subduntur quietissime viuant/ & in primis viris religioni & diuinis rebus addicti. Ego enim a maioribus accepi: philippum optimū regem/ vnde nostrum genus deducitur id diligentissime obseruasse. Cum enim ex consiliariis eius aliquot ad eum detulissent ecclesiasticos homines ditionem & regia iura vsurpare: vnde sua dignitas atq; amplitudo lędebatur: credo inquit id quod loquimini a vero non abhorrere. Sed dei beneficiorū memor meis alquid rebus detractū iri mallo: q̄ dei & ecclesiam & seruos in cōtentionē adducere propter quod scandalum oriatur. igitur dei famlos q̄maxime potes diligito. & paci consulito.

Parentibus reuerens esto. eorūq; p̄cepta ne spernito.

Sacerdotia. i. ecclesiastica beneficia bonis & optime merētibus conferto. Cum hęc facturus eris ꝓuidos ante homines consulito.

Bellū nisi apprime consultus in xp̄ianū ne gerito. Si gerēdum erit: ecclesiā atq; insontes protegito.

Omni bello & ꝯtentioni finē imponere/ diui martini exēplo/ quoad potes studeto.

Prouidos tibi ministros & magistratus instituto. eorūq; mores & opa scrutator. nec domesticoꝝ f̄ctā omittito.

Peccatis te obiicito.

Execrāda iuramenta prohibeto.

Nouis sectis & heresibus capita .i. initia prescindito.

Domestice impense curam adhibeto. eamq; rationis lege moderator.

Deniq; fili te hortor atq; obsecro: si pre te terris abiero: animae mee obsequiis & rebus diuinis subuenito. & quae post hac feceris, bonorum omniū mihi partem concedito.

Illud ad extremū fili carissime deum precor: det tibi quasq; benedictiones quibus probatissimus pater filio benedicere potest. Et qui trinus & vnus colitur deus te custodiat: aduersum mala omnia te ptegat. ita vt a te iugiter honoretur/ vnaq; cum illo post huius vitae exitum viuere & illū laudare mereamur.

Haec in archiuis Ludouici Gerandus de montaguto regius scriba se repperisse: & philippo successori prebuisse constanter affirmat.

Eo die quo Ludouicus mortem obiit: carolus sicilie rex in castra francorum venit. Cui obuiam procedentes primores exercitus: dissimulato (vt poterant) moerore: carolum excipiunt. Verū non ita facile dolor occultatur quin aliquo se indicio pdat. Igitur carolus languentē quandā procerū laeticiam admiratus. mox qualiter se frater gerat percontatur. Respōdentibus illis regem quidem morbo affici: festinat carolus ludouicū inuisere. Quē vt mortuū cōspexit: humi prostratus cum breuem ad deū orationē emisisset: surgens a lachrymis temperauit nec moesticie signum prodens: bono animo esse reliquos hortatur. ne ex damno recenter accepto hostis ferocior esset: qui consuetudinem fecerat castra francorum per dies quosq; iaculis offendendi. Ad quartum enim lapidem e regione castrorum nostrorum castra sarracenus habebat. & q̄uis in nostros intra vallū se continentes tela eminus emitteret: erūpētib⁹ tamen francis nunq̄ plii ptātem hostis exhibebat.

Carolus ādegauēsis sicilie rex.

Dum his leuibus preliis assueti essent collectis demũ maioribus copiis munitiones francorũ obire & late per agrũ vagari ad ostentationẽ cœperunt. Quã rem animaduertẽtes frãci: castris egressi in hostẽ pergunt. Et q̃uis paulo longius carolus copias haberet: nichil tamẽ cunctatus militẽ educit: simulans fugam: vt hostez aliquo astu falleret. quẽ insecuti sarraceni velut fugiẽtem cõprehensuri essent: carolum statim in se arma vertere: & francos a tergo venire conspiciunt: ita inter duas acies interceptus hostis multa suorũ clade accepta ad castra se recepit. Tria milia occubuisse illic traduntur: præter eos quos fugientes mare desorpsit. periere præterea cõplures in fossis quas in perniciẽ nostrorum superiecto sabulo sarracen⁹ extruxerat. Erat inter hostium castra & thunicium maris sinus quo in vrbem commeatus affatim importabatur. Hunc vt hosti precluderet carolus: accersitis fabris lignariis spaciosam turrim ligneã edificari & ad sinus oram admoueri mãdat. Quod postq̃ rex thunicii cognouit: coacto ex omni regno suo ingenti exercitu: aut terrere francum aut omnino perdere statuit. Progrediẽti sarraceno christian⁹ exercitus occurrit fugatq; atq; persequitur. Destitit tamen longius abire: eo q᷑ lassus esset miles: & isidias ab hoste positas esse vereretur. Igitur in castra hostium cõuersus omnia diripit atq; incẽdit. Hanc victoriã grauis pestilẽtia secuta est: a qua nec sarracenus immunis euasit. Quãobrem adductus thunicii rex caduceatorẽ de pace ad philippũ regẽ mittit. Induciarũ he fuerũt leges: impẽsam omnẽ presentis expeditiõis sarracenus auro cõpensaret: annuũ tributũ quod sicilie regibus soluere tenebat: carolo quotãnis penderet. Captiuos christianos liberos dimitteret. patereturq; xp̄i fidez in sua gente per fratres ordinum diui dominici: atq; francisci libere annũciari & doceri: neq; suos prohiberet sacris initiari christianis. Auri parte dissolutã: decennes inducie iuramento pacte sunt.

Demum parata classe & milite recepto: philippus per siciliã (vbi patris viscera ĩ mõte regali terrę sũt religiose cõmendata) & inde per italiã in galliam se ptulit: ysabellã vxore in itinere defũcta: & nauarrorũ rege Theobaldo apud drepanũ mortuo. Cũ aũt viterbiũ philippus venisset: dissidẽtes de põtifice instituendo cardinales ad pcordiã adduxit q in theobaldũ leodiẽsem archidiaconũ eo tpe in syria agentẽ puenerũt q gregorius decim⁹ appellat⁹ ẽ. Regni aũt dyademate remis a suessionẽsi antistite adepto: viromandiã arthesiumq; a roberto fratre inuitatus visere constituit. Qui licet inter delitias p regia dignitate versaret: tñ post amissam vxorẽ cilicio ptineter vsus est. Cũ aũt tertiũ annũ regnasset: dissidẽtib⁹ p odiũ arminiaci comite: & girardo de casabona: Philipp⁹ girardi cãm tuebat. Sed arminiac⁹ ad casã bonã accedens multis opprobriis cũ girardũ lacessisset: girardus iniuriarũ ĩpatiens: castello egressus in arminiacũ psiliit: & comitis fratrẽ: quẽ ĩprimis occurrẽtẽ sibi habuit necat. Quo ĩcõmodo affect⁹ comes: accersito in auxiliũ comite fuxẽsi in girardũ ad casambonã pgredit. At girard⁹ hostiũ ptãtẽ verit⁹: in castellũ qd philippi erat cũ vxore & liberis se recepit: regis auxilio ĩplorato: cui se causamq; oĩs dissidii pmitebat. Verũ arminiacus fuxensisq; parui philippũ habẽtes: girardũ obsident: & castello expugnato oẽs ĩcolas occidunt: pter girardũ: q clam forte fortuna aufugerat. Eã rem grauiter ferẽs philipp⁹: copioso admodum exercitu ptracto fuxum petit: vbi in arce situ atq; arte munitissima multis satellitib⁹ stipat⁹ comes agebat: securus loci quem inexpugnabilẽ arbitrabat. Ad quẽ cũ philipp⁹ ppter scopulorũ rigorẽ & vię angustiã pxime castra admouere: nec militẽ pmouere posset: rupẽ pcidere: & angustias pferre ĩstituit: nõ se inde abiturũ pfessus: priusq̃ arcem diruisset. Cõstantiã philippi secũ reputãs comes: nũcios ad regem mittit: q eũ ad omnez obedientiã paratũ esse testarentur.

Rex philippus sacratur.

Arminiacus comes.

Iussus ergo comes ad philippū supplex accēdit: quē in cu stodiā missū anno toto vinctū tenuit. Abductis idev xore et liberis comitis philipp⁹ parisiū repetit. Exacto anno li berat⁹ carcere fuxēsis comes possessionez oēm a philippo recuperat. Eodē ppe tēpore anno salutis millesimo.cc. lxxii. patrū synod⁹ pręside gregorio decimo romano pō tifice lugduni habita est: vbi de expeditione in syriā ducē da actū est. Philippus cognito pōtificis aduētu: ad eū salu tādū pfect⁹ postq̄ de christiano statu diu cōfabulati sunt: tres lugduno finitimas arces in potestate gregorii donec synod⁹ solueret pmisit: attributo insup ad pōtificis custo diaz (nō paruo numero) milite. Affuit cōsilio palealogus grecus ipator ecclięq; occidētali se vniuit. Quē nōnulli ex tartaris secuti sacro lauacro abluti sunt & xpiani effecti. Re diēs lugduno philipp⁹ mariam hērici brabātini filiā quia forma erat & pudicitia insignis: duxit vxorē Mortuo de inde hērico cāpano nauarrorū rege filiā eius iohānē a ma tre ad se deductam in tutelā recepit: misso ad nauarros ste phano belmarchio q fidelitatis iuramēta puellę noie a p ceri b⁹ exigeret. Quo tēpore petr⁹ philippi frater alēconii comes iohānā comitis blessensis filiā duxit vxorē. Per idē tēpus ferrādus castellę regis fili⁹ qui ex blācha ludoui ci filia duos liberos ferrādū & alphōsū susceperat: morit. Cuius morte post pris decessum regnū castellę sicut ex cō uentiōe nuptiarū conuenerat ad alterū ex ferrādi filiis pti nebat. Sed perfidus rex pater ferrādi cū sanxiū supstitē fer rando videt: matre blācha filiisq; exheredatis: pceribus ca stellanis imperat sanxiū in suū regē admittāt: eiq; debitaz prestēt fidem: pręsertim cū se ętate & morbo ɔfectū admi nistrādo regno nō satis ydoneū iudicaret. Sanxio rege in stituto: pater nihil prorsus terrę aut ditionis: suis nepoti bus distribuit. Nec admonitus a philippo vt pactorum recordatus nepotū iura seruaret: aut si id min⁹ vellet: blan chā & liberos ei⁹ ad se dimitteret. Permisit igit castellanus

Palealogus

Cōtentio de regno castelle.

veternosus rex blācham cū liberis hyspania abire. Ad hoc philippi incommodū alter, successit mortuo non sine veneni suspitiōe ludouico eius filio. Cui⁹ autor veneficus Petrus brochius regis cubicularius esse putabat. Nā sepe numero reginā mariā insimulabat: quia mulier videlicet nouerca: prioris matrimonii liberi regnū inuideret: optaretq; ex se partos ad id dignitatis ꝓmoueri. Cuȝ de ea re inter aulicos & regni ꝓceres rumor increbesceret. nec vlla rōne tanti flagitii patrator inueniri posset: vaticinio rem querere instituit. Erat apud niuellā brabātie oppidum religiosa ex beguinaruȝ ꝓfessiōe mulier vaticinādi perita. Ad hanc cōsulēdam philippus petruȝ baiocū antistitē vxori petri brochii cōsobrinū & stephanū diui dyonisii abbatē legat Hi cū niuellā puenissent: petrus baioc⁹ simulās supesse sibi aliqd diuini obsequii qd non absoluisset Relicto domi abbate ad vatem cōtendit. Cognoscitq; ex illa qs lupouici necē ꝓcurasset: & simil mulierē obtestat: ne suo college abbati reuelet homicidā. Que paulopost a stephano rogata respōdet q de cede nouerat ea baiocensi epo dixisse a quo si velit sciscitet. Hoc astu præuētus a petro stephanus: & si doli suspitionē haberet: re dissimulata vna cum antiste ad philippū redit. Quē cū iprimis rex de beguina iterrogassȝ atq; ex eo quid baiocus pōtifex fecerit accepisset. Vocato ad se epo qrit quod fuerit mulieris de filii cede oraculum. Quo rñdente se oraculū a muliere sub sacre ꝯfessiōis signaculo audiuisse: neq; id ꝓ sacerdotali itegritate atq; taciturnitate reuelare posse. Et ego rex inquit episcope nō vt con fessorē: sed vt nunciū ad vatē te legauerā. Sed ꝓpterea idissi cussū crimē nō vltra differā. Accersito igit theobaldo dolēsi pōtifice: atq; arnulpho milite tēplario: his negocium iponit vatē ꝯueniēdi. q legatiōe diligēter expleta: philippo referūt reginā culpa carere: alterū eē q facti ꝯsci⁹ añ philippi oclos dieti versaret. Hac relatōe q̄uis tristiciā philippo⁹ ꝯtraxissȝ: dolorē tñ dissimlat. Atq; iterī sorori blāche q

Petrus brochius venefic⁹.

Nota.

ab hyspano rege contēpta fuisset reminiscens: sororia iura repetere cōstituit. Cuius rei causa cōparato exercitu per pictauiam atq; vasconiam ad saluāterrā in pyreneo saltu oppidum copiis promotis: tandē sęua hyeme impedit⁹: cōmeatuq; defect⁹: ex quorūdaʒ procerū quibus expeditio non placebat cōsilio: militem domum dimittit: misso in nauarram cū delecta militū manu carolo arthesii comite: qui belli motū sedaret suppetias ferens eustachio belmarchio quē seditiosi quidā nauarrę primates pampilonę obsessum tenebāt. In eo belli negocio cū secunda fortuna carolus vsus esset: castellę rex carolum per nūcios oratuʒ facit: ad se concedat. Sed id facere carolus distulit donec Philippū de re ipsa ɔsuleret. Ex ɔsilio regis cū ad castellę regeʒ carolus accessisset. longa ɔfabulatione habita: castellanus Carolū orat, vt ɔciliator pacis inter Philippū & se interueniat. Et vix quidē hęc locut⁹ fuerat castellan⁹ ecce tabellari⁹ ex frācia cū epistola venit. Litterasq; castellę regi reddit. Eas postq̄ rex perlegit. O carole inquit nō sum amicoruʒ ope destitut⁹. Sunt apud frācorū regē qui michi diligēter obsequūtur meq; de his quæ apud Philippū gerūtur efficiūt certiorē. Quib⁹ & te cōuenire oportuit: q michi es cōsobrin⁹. Talib⁹ colloquiis postq̄ dies aliquot exacti sunt: Carolus vale regi dicto nauarrā petēs: ordinatis rebus: ad philippū in franciā venit: narrans quæ a castellę rege ipse audiuisset; esse apud eū qui archana ipsius ɔsilia inimicis proderent. De qua re cū Philippus magnopere sollicitus esset. cōtigit vt tabellarius qui ad regē castellę litteras a Petro brochio per idē tempus acceperat morbo īterceptus: priusq̄ mortē obiret: litteras ipas monacho cuidā tradiderit Philippo ɔferēdas: per omnē religionē obtestat⁹: ꝙ nemini nisi philippo litteras redderet. Accepti litteris monachus ad regē ꝓficiscit̄ vt tabellario ꝓmiserat cōmissa absoluit. Intelligit rex ex litteris petrū brochiū ɔfidū & rerū suarū ꝓditoreʒ esse. Nā ex diplomate & sigillo cognit⁹ est

Bellū ī castellanos inaue.

Nauarra

petri brochij ꝓditio reuelatur.

autor. De quo nichil dubiꝰ rex brochiũ deprehẽsum: parisii in custodia haberi iubet. Quod vbi cognouit baiocus presul: romã aufugit: ecclesię presidio ꝓtegeđꝰ. Cõuocatis parisii paucis post diebꝰ ꝓceribꝰ: morte dãnatꝰ ẽ brochiꝰ: quẽ carnifex excipiẽs ante solis ortũ patibulo strãgulauit.

Brochio vltimo supplicio affecto philippus atq; castellanꝰ rex: cũ hic baionę esset: ille apud mõmarsanũ ageret: et ꝑ legationes vltro citroq; missas de blãchę & filiorũ iniuriis tractaret: nũcii a põtifice romano martino quarto veniunt: qui reges ad pacẽ censura ecclesiastica cõpellãt. Hęc causa extitit quãobrẽ Philippus cœpta nõ est ꝓsecutꝰ. Magna in excelso principe vel humilitas vel [illegible]cordia: ad sacerdotis imperiũ causam innocẽtis sororis & pupillorũ deserere. Deseruit tñ philippꝰ & ꝓfectus inde: aragonię regem Petrũ occurrentẽ sibi habuit. Qui paucis apud tholosates diebꝰ moratꝰ: in cathaloniã remeauit. vbi ꝯstãtia eiꝰ vxor ex mãfredo genita virũ docet tẽpus aduenisse cũ sicilię regnuꝫ ad se ꝑtinẽs occupare possit. Petrꝰ aragο. Eadẽ tẽpestate seqna fluuiꝰ tam exundãti aquarũ incremẽto intumuit: vt maioris apud parisiũ põtis testudines sex dissoluerit: & minorẽ vnã vrbe per gyrũ aquis circũsepta. Seq̃ne exundatio. Ad petrũ aragonũ redeo. Agẽte importune apud virũ constãtia ne sicilię rex negligeret: adductꝰ quoq; a nicolao tertio romano põtifice q̃ caroli regis potẽtiam minorẽ facere cupiebat: vt cõstãtię suę vxoris ius in sicilia vĩdicaret: petrus missis messanã pãhormũq; nũciis: iubet terrę cõditionẽ & statũ inquiri. Nota de regno sicilie. Cõmunicato cum ciuibus cõsilio: nũcii adductis secũ regni quibusdã primariis ad Petrũ reuertunť. Cũ quo fœdere icto siciliẽsis cum in vrbes suas quiq; cõcessissent cõstituta ad detestabile facinꝰ die/ cum per ecclesias signũ daretur cantãdoruꝫ vesperorũ: omnes gallicę stirpis vna cum grauidis vxoribus necant. Nec defuerunt qui matribus exsectis euulsum ex vtero fœtũ ad parietem allideręt: ne quid franci sanguinis apud eos posthac extaret. Idem periculũ

excidit apud forliuiulium. Cũ enim in obsidione guido ap apius ageretur: & põtificis martini quarti forũiuliũ recu perare contẽderet: guido bonatus astrologus nõ vulgaris considerata syderũ opportunitate: Ciues ad eruptionem excitat guidonẽq; cum octingentis gallis fudit & occidit. Tam impatiẽs est gens italica gallicę supbię & libidinis in fœminas. Hoc crudeli initio petrus spem cepit: & simulata in saracenos expeditiõe in siciliã mox aduersus Carolũ andegauum se cõuertit: qui eodẽ tempore messanam obsidebat. Contra vero Philippus de rebus sicilię sollicit⁹: vt petrũ a siciliẽsi bello reuocaret in aragoniã p parpigniacũ exercitũ ducit genuã capit & diruit. Publicauerat enim martin⁹ quartus petri regnũ & occupãtis fore decreuerat. Erat i aragoniã iter vnũ quod incolę sclusam vocãt trãsitu quidẽ difficile sed breue: quod prętcrea doliis sabulo oppletis hostis ipediuerat: seq; in iugis montiũ cõtinebat vn de frãcorũ veniẽtes copias ꝯtemplaret. Scrutãti Philippo cõmodum qua faceret iter: Ruscillian⁹ quidã nothus qui apud genuã captus libertatẽ a rege meruerat: scire se ait viã ad primũ ꝓximuꝫ lapidẽ qua nesciẽte hoste exercit⁹ tuto euaderet. Rẽ gratã leto animo rex excepit. Iussisq; aliquot ex suis simulare p sclusam facere trãsitum: ipse cũ expedita militũ manu nothũ secutus: tandẽ p densissimos sentes & inculta virgulta: in Proximũ montẽ euasit: atq; ad se p eãdẽ viã copias oẽs recepit. Hostis autẽ cũ in mõtes supasse frãcos: & ad se ordine instructo contẽdere videt: nullo cõmisso prælio: fugã arripuit: castris relictis. Inde ad petrãlatã itũ est: quã a francis circũuallatã oppidani intẽpesta nocte igne p mœnia iiecto deseruerũt. Ea a nostris occupata et psidio imposito Philippus geronnã copias mittit. Vbi laboriosa nimis obsidio fuit: & oppugnatio frequẽs atq; diu inutilis. Deniq; excogitauit Philippus machinaꝫ quã ad quatiẽdos diruẽdosq; vrbis muros fabricatã obsessi nocte vrbe egressi succẽderũt. Eã ob rem nimia indignatiõe

Machina extruit.

percitus rex: firmat animo fame premere ciuitatē. Interim tamē ꝓpter cadauerū p agros passim iacētium putorē & muscarū vix credibilē multitudinē pestilēs factus aer francis letifer fuit. At petrus accepto philippi in aragoniā aduētu relicta pāhormi vxore ꝯstantia: quæ rerū siciliēsiū curā gereret: magnis assumptis copiis in aragoniā nauigare festinat. Erāt regię naues in statione apud portū rosę vnde cōmeatus in castra francorū dietim facile importabat: donec petrus aragonēsis vectores intercipere magnopere conatur. Itaq; portū rosę occupaturus milib⁹ duob⁹ & quadringētis armatis assumptis: ad portū mouēs insidias ponit. cui⁹ aduētu ab exploratore frāco cognito: rē ad radulphū conestabilē & iohannē haricurtū exercit⁹ marescallū defert. Hi cōiōne cū comite marchiano habita: quingētos electos milites duce exploratore educūt. Contēplatis autē hostiū copiis quę suis maiores erāt: cū nescirēt petrū in īsidiis agere: retro abire statuerāt: nisi eos cohortat⁹ matthe⁹ de roya. O īquit cōmilitones ecce in ꝯspectu adest hostis quē quęrebam⁹. Quid cūctamur: hodie diuę assūptionis marię festū diē acturi sum⁹. Ab ea speręm⁹ opē aduersus eos q cōiōis xpianę sūt extorres. Par eñ nobis meritū impēdet eccl'ię īiurias vlciscēdo: acsi in fidei hostes pugnarem⁹. Hac matthei orōne incitati frāci aragones inuadūt. Fitq; pręliū atrox & cruētū: ita vt petr⁹ equo desiliēs cū pedite pugnaret. Vbi vulnere accepto: & fugientib⁹ suis ipse quoq; fugę se cōmittēs paulopost interiit. Hac victoria Philipp⁹ exultans de expugnāda gerōna maxime laborabat.

Pestifer annus.

Petrus in arragoniā reuertitur.

Matthei de roya ad suos oratio.

Petr⁹ vulnerat⁹ interijt.

Erat in philippi exercitu fuxēsis comes q cū gerōnēsib⁹ nōnūq (nō ignaro rege) colloqbat. Hic ciuitatis statū cōpertū hēbat: & ī illa tridui vix cōmeatū esse nō ignorabat. eā ob rē sciēs cupere ciues Philippo cōciliari: regē rogat si gerōnēses ad deditionē saluis fortunis oib⁹ recipet. īpetrat comes paucorū dierū inducias: donec gerōnenses suū regem ad ferrēdas illis suppetias admoneāt. Missis ob eam

Post huius obitū cū iohāna eius vxor grauida esset: disceptatio inter ꝓceres insurrexit quis interim dū reginę part⁹ expectatur regni administrationem gereret. Duo erānt qui id sibi iure deberi prędicabāt. Philippus valesius & edouardus terti⁹ ex maria philippi pulchri filia nat⁹. Philippo maxime suffragabatur ꝙ ipse masculino gradu carolo pulchro proximus haberetur. Edouardo autē si quod ad hanc rem ius pertineret id a fœmina esse quæ nullo tempore visa est frācorum imperium moderari. His rationib⁹ valesius administrādo regno pręficitur. De nauarrę regno contendētibus plurimis nichil tunc diffiniri potuit. Quæ res quia ad eam quā percurrim⁹ hystoriam conducere minime videtur illam pretereo. Per id tempus de petro remo suppliciū sumptū est ꝙ regiā pecuniā male administrasset. Et Iohāna regina quā grauidā carolus pulcher moriēs reliq̄rat apud vicēnas filiā enixa ē. Quāobrē philippus valesi⁹ ex regēte rex appellat⁹ est: & a Guillermo remoꝝ archiepiscopo simul le vna cū vxore regina coronat⁹. Inde Parisios repetēs: cū secū reputaret q̄ puicaces flamingi & in se & in Ludouicū eoꝝ comitē ꝑsisterent: capto a ꝓcerib⁹ consilio: grandē exercitū in eos ducit. Ad casletū aūt cū peruenisset flamingi flocci Philippū habētes gallū ex lineo panno cū his v̄bis effigiant. Cum hic gallus resonabit rex reptus casletū occupabit. Philippū eīn repertū appellabāt: arbitrātes illū

Bellum in flamingos

non legibus factū regē. Hāc galli effigiē in edito loco Philippo illudētes cōstituūt. Quod factū magnę calamitatis cū flamingis fuit. Nā ex eo tpe Philippus cogitationē suā ad eorū internicionē vertit. Itaq; accito roberto flādrensi: eum cū ducentis instructis militib⁹ ad sanctū audomarū mittit: q flamingos ne dilaberent diligēter obseruet. Iubet rursus Ludouicū flādrię comitē: insulam cū copiis proficisci: q flamingis si quippiam molirent obstaret. Aīaduerso tā instructo apparatu flamingi nobilitate destituti: cū nullos idoneos pfectos haberēt: trifariā se diuiserūt: furnēses & brugēses plebios cū pourpringis ad casletū ire iubēt. Brugensib⁹ atq; franconiis mandatū est tornacū versus mouere. Iprenses & curtracii insulę partes recipiunt. Philipp⁹ vero ad nouam fossam reliquū exercitū cōtinebat. Quā in decem acies distribuit: primę marescalli & balestariorū pfecti pfuerunt. Secundā duxit alenconii dux. Tertia magistro hospitalarii ordinis obtigit. Quartā galterus de castilionę conestābilis accepit. In quinta ipe rex erat: quē nauarrorū rex cum lotharingię & barry ducibus comitabatur. Sextę ductor burgūdię dux fuit. Dalphino viennē. septima attributa est. Octauę pręfuit hannonię princeps. Nonam britonū dux administrauit. Postremę imperabat robertus arthesiensis. Ad hunc tam instructū exercitū borboniorum dux postera die quattuordecim militaribus signis stipatus accessit. Hęc cum in amplissima valle constituuntur flamingi constitutis ad casletum edito loco castris vnde francorū acies despicere poterant: ita suos istruūt: vt a francis videri ipi possent. Postq̄ nullā pugnādi potestatem fecissent: Philipus paulo ppius incedere suos iubet: vt a mōte quo se tuebatur hostem deduceret. Postq̄ id parum conducere intelligit: marescallos vltra casletum cum copiis mittit. qui omnia late & pderent & cremarent. Sed neq; hoc accepto damno: flamingi loco se mouerunt. Reuersis ab incursionibus marescallis: cū ex labore se curare

Acies a philippo valesio ordinate.

Vide frācorū inc[illegible]nas.

statuissent: nostri segnius agere cœperunt neq; excubias adhibent. Sed proceres palantes per tentoria aleam ludebant: aut lusibus animũ relaxabant: rege in tabernaculo suo cum paucis cubiculariis & duobus diui dñici ordinis fratribus agēte. Quib⁹ ab hoste vigilāter aīaduersis: trib⁹ sub vesperam aciebus relicto mōte in nostros ire festināt. Iāq; infesti aderāt: cũ a nostris sublato clamore pars sanctũ audomarum versus fugā parabat. Nec moratur hostis regis tabernaculũ appetere: fecissetq; nisi a mareschalis ꝯtra occurrentibus fuissent impediti. Per hanc moram reliquus exercit⁹ armis resumptis acrem pugnã instaurat: atq; interim rex suis ad se propere venientibus in hostes fertur. præcedente milone de noiers auriflāmę signifero: pugnatum est ab alterutris acerrime. Sed cedentibus tandem flamingis: francus victor extitit: paucis desideratis. Ex flamingis autem octingenti supra decē & nouem milia cecidisse referũtur. Qui vero ex prælio fuga dilapsi erant cum se in agro sepibus vndiq; vallato recepissent: a comite hannonię qui in casleto mōte considebat aspecti: primo quidē ferocissime restiterunt. Deinde fracti nostrorum incursu omnes occisi sunt. Post partam victoriam quarto die Philippus mouēs receptis in fidem oppidis quæ ad oram maritimam sunt: ypras contendit & sponte deditā recepit supplicio affectis quibusdā defectionis auctorib⁹ atq; armis a ciuibus datis. Campana preterea quæ in edita turre pēdebat ad plebē repente cōcitandā deiecta est. Dũ hæc a Philippo geruntur brugenses q tornaci fines aduersus eorũ comitē Ludouicũ obseruabāt: audita suorũ clade comitis se potestati ꝑmisere: quos ad Philippũ deductos partim rex morte affici: partim in exiliũ agi mandat. Atq; ita flamingis decē kalēdas septēbres Anno xp̄i millesimo trecētesimo vigesimo octauo subactis Philippus Ludouicũ comitē in flandriam restituit. His eũ verbis admonēs. Age inqt ludouice cautior deinceps esto: ne per iniusticiam principatu exclusus no-

Flamingi regē inuadunt.

Philippus flandrie comitē alloquitur.

N. Casse. casel

stram opem rursus implores. Cuius verbi recordatus comes postq̄ in flandriam venit: ad decem hominum milia eorum qui rebellionis participes extitissent interemit. In quem cum guillermus canus ex brugis ad brabantinū ducem euadens: aduersus comitē auxilium petit: ad Philippum perductus: manibus abscissis in rotam primū more patrio surrigit: deinde patibulo appendit. Nondū de aquitania edouardus debita Philippo iuramenta prestiterat. Ideo misso in angliā iohāne fiscani abbate edouardū philippus monet secūdū feudi leges fidē exhibeat. At legatos anglus ad se non admisit. Sed a matre eius regina responso accepto: ad Philippum legati redierūt. Edouardi contumacia cognita rex attrebatium episcopum & baronem de craone in aquitaniam legat: qui regiōis ꝓuentus sub regis potestate reponant. Atq̄ interim in angliam secūdo mittit: diem Edouardo dicere: ea lege si venire negligeret: dicendum ius nihilominus aduersus eum esse. Venit tādem edouardus atq̄ apud ambianos quo se philippus contulerat fidem ob eas quas in aquitania & pōtiuiaco terras possidebat prēstitit. De his autem quas a Carolo valesio Philippi patre ablatas sibi fuisse dicebat iudicium parlamētei senatus exposceret. Eadem tempestate Philippus animo voluens q̄ ꝓdiues ad seditionem flamingi semper extitissent: misso iohanne abrinceñ. antistite portas yprensis oppidi atq̄ curtraci & aliarū quarūdam arciū munitiones dirui confestim iubet. Per eosdem dies robertus arthesiensis aduersus mathildem ob arthesii principatum in iudicio contendebat: nitebaturq̄ comitatū ipsū paterno iure vendicare: q̄q̄ parlamenti decreto mathildi fuisset addictus. Sed aduersus decretum Robertus litteras recenter inuentas exhibebat quibus se terre ipsius heredē asserebat. Lr̄is penes regē depositis: mathildis diligēter explorat vñ syngraphū emanasset. Cōpertū est id a foemina

Guillerm⁹ can⁹ patibulo affigitur.

Edouardus.

Edouardus fidē philippo prestat.

Robert⁹ arthesiēsis.

nobili ex bethunien. agro quã robert⁹ in delitijs habebat fuisse sequẽti calliditate inuentũ. Erat attrebati ciuis potẽs qui annuũ ex comitatu arthesii ꝓuentũ emptionis lege sibi quoad viueret tantũ cõparauerat: eiusq; emptionis syngraphũ patris erat roberti sigillo firmatũ. Ciue mortuo fœmina ex hęredib⁹ litteras recuperat: vtpote quæ nulli⁹ momẽti hęredib⁹ essent. Litterꝭ receptis sigillũ calẽti ferro detrahit: atq; alteris quæ ad cãm roberti ptinerẽt cõfectis vet⁹ sigillũ agglutinat: easq; ad robertũ deferẽs se illas domi forte fortuna repperisse ait. Fraude cognita p eum qui syngraphũ scripserat: Philipp⁹ robertũ ad se vocatũ hortaт̃ a lite desistat: sibi sine ãbiguitate ꝓstare adulterinũ syngraphũ esse. At Robert⁹ mali ꝓpositi tenax regẽ nõ exaudit. Quãobrẽ philipp⁹ syngraphũ ad iudices mittit: & fœminã appręhẽdi iubet. Quæ tormẽtis expssa veritate igne cõsumpta ẽ in eo loco q porcorũ mercat⁹ a parisiis appellatur. Eisdẽ dieb⁹ querimonia aduersus clerũ exoritur quẽ ditione sua abuti pleriq; palã testabãtur. Eius rei cã cõuocato cõsilio: cũ de ordinãdis legibus ageretur: regina visa est conari ab ecclesiasticis iurisditionẽ abrogare. Quod postq̃ Philipp⁹ cognouit: nõ inquit vt clero quicq̃ detrahatur hæc contio habita est. Nõ eni modo non auferre ecclesiis sua iura: sʒ ea ampliare in aĩo est: satis esto errata emẽdare. Sed de roberto arthesien. reliqua psequamur. Prohibit⁹ Robertu captã ob arthesiũ litẽ ꝓducere: quia fœminæ suppliciũ grauius iusto ferebat regi detrectare veritus nõ est. Et cum obloquẽti dies ad iudiciũ dict⁹ esset: venire contẽnens: me inquit autore philippus rex institut⁹ est. & me quoq; autore regno depelletur atq; ita irritatus: equos quos formosissimos habebat cũ omni thesauro burdegalã misit. Moxq; in angliã oĩa traduci iubet. Ipse ad Guillermũ hãnonię comitẽ primũ inde ad brabãtinũ ducẽ cõsobrinũ ei⁹ festinãter contẽdit. Hic autẽ brabãtin⁹ guillermi hãnonien. filiam vxorẽ filio suo accipe instituerat. Quod

Mulieris astutia.

Nota contra nouas reformationes.

Regis calliditas.

Philipp⁹ sagacissime intelligēs: cū maxime sciret Guillermū ipsum alias suas filias magnis principib⁹ collocasse & inde sibi & potentiā & auctoritatē cōparasse: veritus ne accessione ducis brabātini icrementū acciperet: presertim in eo tēpore cū Edouardus bellū in frācos parare nūciabat: brabātinū ad se venire cōpendiū orat quo bohem⁹ rex & iohānes hānonieñ. & iuliaci comes atq; leodiēsis antistes cōuenerūt. Quib⁹ cū amicitia iuncta Philipp⁹ brabātino seorsuz assumpto: mōstrat eas nuptias quas de guillermi filia instituerat iferiores dignitate sui generis esse habere se filiam quā filio dare si nō abnuat velit. Hi philippi verbis psuasus brabātin⁹: discedētib⁹ a rege aliis pricipib⁹ apud Philippū māsit. Ea re cognita Robert⁹ brabantiā deserens namurcū pfect⁹ est. Qui postea ob ɔtumaciā regno interdictus ē & bona eius publicata. Et his itē dieb⁹ Ludouico claromōtano comiti rex cōcessit vt qui dñs borbonii appellabat ducat⁹ dignitatē assumeret. Ad hunc modū borboniorū ducatus initiū accepit. Per idē tēpus Iohānes normānorū dux Philippi primogenitus apud meldunū bohemorū regis filiā vxorez duxit. Quo itē die brabātini ducis filio maria Philippi filia nupsit. Nuptiis celebratis: cōuentu multorū sacerdotū atq; pcerū Parisii ɔgregato: Philipp⁹ expeditionē se ad hierosolymā ducturū pponit et Iohāni filio. xiiii. annū agēti regni curā mādaturū: ideo orare eos qui aderāt: filio obtēperarēt: & si in ea expeditione moreref: fidē erga illuz seruarēt. Iureiurādo p Philippi voluntate recepto: consilium rex dimittit. Interiectis inde paucis admodū diebus: Radulphuz augi id est deu comitem: & beluacorum pontificem ad edouardū pficisci mādat: sciscitatum si ad eam quā in syriam expeditionem parat socium se coniungeret. Quibus edouardus respondet mirari se Philippum longinquā profiteri militiam qui de aquitania id quod ambianis promiserat non absoluisset: oportere quidē illum erga se conuentorū fidē seruare: qua

Borbonii comitat⁹
Robti arthesieñ. bona publicantur.

t

expleta se ad expeditionẽ Philippo paratiorez fore. Verum q̃uis ad hunc modũ oratores a se dimisisset: tñ postq̃ aduersus scotos autore Edouardo balliolo bello decertasset: cantuariȩ archiepiscopũ cum Philippo mõtisacuti & gaufrido scorpo ad philippuz legat. Qui initio cum ad regem accessissent: parũ comiter habiti: suȩ legationis exordia apud comitẽ deu: & Petrũ rogeriuz rothomagorũ archipræsulẽ: mareschallũq; trecẽsem fecere. Causa quãobrẽ venissent exposita: ad regem pducti oratores pacem cum Philippo firmãt. Sed discedẽtibus a rege in sua diuersoria anglis: mox Philipp⁹ eos ad se reuocare iubet. Venientib⁹ rex ait. eam cũ illis pacem iniuisse: cui⁹ scoti participes habeantur: q̃q̃ de illis nulla prius oratio habita sit. Hanc angli conditionẽ cum se admittere nõ posse respõdissent: in angliam abierunt. Eius legationis relatione Edouardo facta: excandẽs anglus iurat se prius omnem scotiam perditurũz: q̃ ea se pacis lege teneri. Anno eodem nũdinis in agro sancti dyonisii existentibus: repentinus ignis in merces exarsit quo lenditum id est vt supra interpretatus sum edictum conflagrauit. Hugo quoq; crussiacus parisiensis prætor: & deinde parlamẽteus præses ex burgundia oriũdus: ob corruptuz a se iudiciũ pœnas luit. patibulo suspẽsus. xii. kalendas Augusti anno dominicȩ passionis millesimo trecentesimo trigesimosexto. Et regina in puerperio apud vicennas decũbente: quȩ philippum pepererat: tanto fulgure atq; tonitru aer inhorruit: vt pars cubiculi vbi regina incolebat deciderit: & cortinȩ contritȩ sint. Ingẽtes arbores suis sedib⁹ euulsȩ & pleriq; homines trucidati. per hanc tempestatem Edouardus exulceratum animũ gerẽs ob dirutam apud xantonas arcem: aliaq; sibi subrepta loca: per nuncios a philippo petit ea omnia restitui. De qua re & si crebre vltro citroq; legationes intercesserint: impediẽte maxime carolo valesio nulla cõcordiȩ via fuit. Vnde animatis ad bellũ regib⁹: edouardus aĩaduertẽs philippũ

Punit⁹ iudex corrupt⁹ pecunia.

scotorũ partes sequi: cum ludouico bauaro amicitiã init: atq; armis se q̃maxime potest instruit. At contra philipp⁹ controuersiam quæ burgũdo duci aduersus Iohãnem cabilonensem ob salinarũ fontem erat sedat. Quo tempore cometes apparuit ignitissimus futurorũ quæ superuentura erant & astronomi ꝓnosticabãtur index. Nam & ab anglis incursiones plurimę atq; incendia facta fuere. Nec minus in anglos frãci grassati sunt occupatis in vasconia plerisq; locis: incẽsis quoq; in anglia duce Nicolao bucheto nõnullis villis ad maris orã. Nec prætermittit Edouard⁹ cũ flamingis societatem iũgere repugnãte magnopere eorum comite: philippo insup rege dissuadẽte. Sed erat gãdaui Iacob⁹ arteuella plebeio genere ort⁹: & qui seruili ministerio Carolo valesio aliquãdo seruierat. Hũc cũ astutus esset & ingenio polleret: Edouardus auctoritatẽ illi apud gãdenses cõparat: ita vt nõ parui intra paucos dies fuerit ęstimat⁹. Nactus ergo nomẽ iacob⁹ arteuella gãdensib⁹ q̃ necessaria illis esset anglorũ cõmunio ostẽdit. Flamingos omnes lanificio deditos ẽẽ dicẽs: qui (nisi ex anglia) lanas nullas haberent: ideo operępciũ illis esse Edouardi partes sequi. hac orõne psuasis Gandẽsib⁹ ipse brugas petit satellite multo stipat⁹. Deinde ypras atq; alia maritimę orę oppida puadẽs ab oĩbus magna lęticia except⁹ est. postea autem conuẽtu Gandaui facto coniurant omnes bellũ cum Edouardo gerere. Atq; ita oẽs q exulabãt ad se reuocarũt: coacta nobilitate obsides dare ne secus ac iuratũ erat quippiam moliretur. Ea factione comperta comes gandauũ se cõtulit: si forte reducere ad meliorẽ mentẽ flamingos posset. Qui veniẽtem comitẽ apud se distinẽt. Sed dolo dolũ comes eludit. Exactis paucis dieb⁹ facti se pœnitere & eorũ sentẽtiã seq simulat: & recepta qua vtebant̃ veste cœpit inter illos pfamiliariter cõuersari. Tãdẽ bonã apud illos opinionẽ assecut⁹: insigniores fœminas ad cõuiuiũ accepit. post delicatissimas epulas cũ iocatũ lusũq; eẽt: comes ve-

Cometes.

Bellũ exarsit inter frãcos atq; anglos

Iacob⁹ arteuella.

Flamigorũ cõiuratio.

natū ire simulās Candauo egredit̄ cū canū rapaciūq; volucrū turba. Atq; hoc pacto dū quęrendis vel ardeis vel feris quisq; studet: ipse cum paucis se surripiens ad Philippū venit. Cuius aduētu letificat⁹ rex: aliquot ex flamigis factionis autoribus sacris & cōmunione xpianorum pontificis romani auctoritate interdicere facit: missis q sniam exeq̄rentur siluanectēn. epo & guidone castrēsi dyonisiano abbate. Hęc q̄ de comite scribo frossard⁹ gesta esse tradit: obsidente calisiēn Edouardo. Qui ysabellā filiā comiti despōsare adnitentibus flamingis curauerat. Sed comes cū eas nuptias ęgre admitteret: quia ei⁹ pater fuisset ab angelis interemptus: Gandauo abire ad Philippum sollicite laborauit. Dum hęc a Philippo gerunt̄: Edouardus in brabātiam atq; inde in alemanniā cū vxore sua hannonien. comitis filia se cōfert: vbi contracta cum ludouico bauaro pseudo impatore atq; excōicato societate: ludouici vicarius cōstitui ut nois amplitudine theutones ad sese alliceret. Quorū magnū numerū proposito stipendio cōparauit. Nec Philippo cura defuit se suosq; aduersus imminentem hostē instruēdi: sed collecto ingenti exercitu: ad ambianos castra metatus est. Vbi postq̄ longo satis tpe psedisset cognito q edouardus apud alemānos delitiis vacaret pręsidiis per munitiōes vrbes depositis. reliquū exercitū dimittit. Visus est per id tps sub minore vrsa alter cometes sine vllo splēdore pallid⁹. Et frāci nauali pugna duas ex Edouardi classe onerarias naues nō sine suorū cęde capiūt. Quę cum multis variisq; opibus cumulatę essent magno francis cōmodo extitere. Hautona quoq; anglię in ora maris oppidū iniiciētibus ignē francis cflagrauit. Et pēna arx in agro agenēsi excepta est: ipi prætera Gandēses duce iacobo arteuilla alias flandrię regiones ad defectionē sollicitant: q̄ cū se dicerēt in frācos arma nō sumpturos: nō inqt arteuilla in francos: sed in comitē bellū parāmus q nos & vectigalibus premit & afficit iiuriis. Philippus pru

denter ꝯiectans q̃ ab anglis flamingisq́ꝫ bella in eũ moue-
rẽtur: vt normannos in fide contineret multis eos priuile-
giis donat. & Haricuriæ principatũ comitatus appellati-
one decorauit. Et eisdẽ dieb⁹ i Philippi ꝑtãtem venere bur-
gus & blauia munitissima in aq̃tania oppida deprehensis
eudone caluomõtensi & Iohãne de alberto. Cõtra vero ad
maris littus Picardiã versus angli trãportum capiũt. Et
edouardus quas numerosas diuersarũ gentiũ copias ad q̃
draginta milia ꝯtraxerat in franciã mouet. Cui ad sanctuꝫ
quintinũ viromãdię nõ cõtemnẽdum oppidũ cũ valido
exercitu centũ miliũ armatorũ Philippus occurrit. Interi
tñ dũ ibi tantisper se ꝯtinet: dũ omẽs copię ꝯuenissent: an-
glus Terrasciã populatus est. Cõuenietib⁹ simul copiis
cũ rex manu cõserere inter burũfossam & flamingariã ĩstĩ
tuisset: quidã ĩ exercitu primores id agere dehortanĩ: esse
veneris diẽ q̃ xp̃ianis venerabilis esse solet. Militem eo die
magnũ iter cõfecisse: neq́ꝫ equis spaciũ fuisse pabuli aliq̃d
capiendi. intercedere pręterea inter se & hostẽ locũ trãsitu
difficilẽ. Igit̃ vtile fore si in posterã proximã diẽ prælĩũ in-
termittat. Hęc & si inuit⁹ audiret Philippus: ꝑlio tñ absti-
net. Interim edouardus intẽpestę noctis silẽtio: frãcia reli-
cta ad theutones in brabantiã se recepit. Quare fraudatuꝫ
se rex arbitrat⁹ exercitũ in frãciã reduxit. At flamingi co-
mite suo deserto ad edouardũ ꝑficiscentes: eũ vt francorũ
regẽ ꝯsalutãt in verba ei⁹ iurãtes. Ea flamingoꝝ veneratio
ne letus edouardus q̃ eoꝝ auxiliis rẽ præclarã gesturus es-
set: in angliã pergit pecuniã ad belli vsum coacturus. In-
terea terrascẽses q̃ hannoniis finitimi sunt: duce iohanne
veruino hannoniã vastãt aspra oppido nõnullisq́ꝫ locis ĩ-
censis. Hac calamitate offensus iohẽs hãnoniæ comes ver
uinũ in prælĩũ ꝑuocat: die ad dimicãdũ dicto. Quod cuꝫ
nõ detrectaret veruin⁹: comes aubentũ q̃ frãcorũ erat suo
præsidio destituta (nam ad veruinuꝫ laturus opem miles
profectus erat) populatur atq́ꝫ incendit. Grassabatur aliũ-

Haricuria ĩ comitatũ erigi tur.

Fugit edouard⁹

Edouard⁹ a flamingis rex frãcorum appellatur.

t iiii

de & ipse anglus & boloniæ suburbana cum aliquot naui bus cremat. Diu quidem per annos tres cũ omia incursio nibus pderent & milites inter se leuibus tm̃ præliis cõtẽde rẽt multis pplis incõmodis grauabat. Nã tornacẽses Phi lippi iussu ad curtracũ excurrẽtes numerosam pecudũ & boũ prædã ex flãdria abegerãt. At edouardus in angliam traiiciẽs: comitẽ salberiẽsem oxone dñm rebus flãdrẽsib⁹ præfecerat. Hi vt aliquo insigni facto nomẽ per edouardi absentiã cõpararẽt: insulã obsidere ɔstituũt. Quare accersi to guillermo mõtisacuti q reginę apud sanctũ bauonẽ gã daui cænobiũ puerperę custos a rege anglo fuerat deputa tus: Armẽtariã q̃ nõ ꝓcul ab insula distabat: & eã genuẽsi um cohors tuebat: incẽdũt. Inde marq̃tę monasteriũ ade untes: ibi ɔsiliũ capiũt de isula obsidẽda. Mittunt ducẽti equites cũ salberien. & guillermo q insulę litu explorent. Quorum cognito aduentu: insulenses clã bona ciuiũ par te emissa duce relaio viro nobili appropinquãtẽ oppido salberiẽse a tergo inuadũt capiũtq: reliquis fere omib⁹ in teremptis. perductũ aũt ad regẽ hostẽ anglũ in castelleto parisiorũ carceri Philippus cõmittit. Hoc malo auspi cio flamingi nutãtes de pace ad philippũ nũcios mittũt Verũ pacis leges quas illi ꝓponebãt rex nõ admisit. Reie ctis igit a se nũciis: copias attrebatũ ducit p̃misso in hãno niã filio suo iohãne qui regione populaeretur: q collecto ex finitimis pręsidiis exercitu post duras excursiones valẽ cenas vsq latissime factas: cũ ad scãdoueriũ castellũ dies fe re. xv. in obsidione sedisset: adueniente Philippo obsessi paulo post: se & fortunis suis saluis deditione fecere. Arce diruta ad thuinũ q̃ arx cameracẽ. epi erat pgunt: quã a ri chardo lymosino egregie defensam & scalde flumine allu tã Philippus ptinaci oppugnatiõe vexat: in quẽ a bochay ni pręsidio quod prope erat fiebant quotidiane incursio nes. Nec longa mora interfuit: ecce brabantinoru dux & gheldrensis comes & iacobus arteuella cum multa flãdrẽ

Salberiẽsis apð insulã fus⁹.

ssum manu ad diuersam qua Philippus militem habebat scaldis ripam castra fecere. Ponte ad scaldem extructo frequens & acris pugna fuit. Sed machinarũ crebro iactu cõcussis muris castelli: præfectus (opibus in nauẽ depositis: atq; igne in arcem iniecto) ad alemãnos nauigat. Quibuscum silenti nocte aufugit. Flagranti aũt castello miles francus succurrit incendio restincto. Inde normanniæ dux iohannes assumpto in societatem burgundionum duce: hãnoniam infestat: qua decursa paucis post dieb⁹ ad Philippum patrem reuertit. Cõstituerat philippus bouchaynum obsidere: sed audito edouardi conatu qui numerosa classe iñ flandriam traiicere nunciabatur: Locis hostib⁹ finitimis pręsidio imposito franciã repetiuit: ad comparandam aduersus edouardum classem. Quam ex normannis picardisq; (ducibus mareschallis) celeriter eductam armis milite commeatuq; Philippus instruit: institutis ductoribus hugone qereto: nicholao bucheto: & barbauario maritimarum rerum peritissimis. Hi quadringentarũ nauium classe mouẽtes añ sclusam flandrie cõmunẽ portũ cõstituerunt: ita vt nec anglo ingrediẽdi nec flamigo egrediẽdi ptãs esset. Hęc frãcis agẽtib⁹ Edouardus roberto arthesien. comitãte: ꝯscensis nauibus prospero vento in cõspectum francę classis paulopost adnauigat. Quo animaduerso barbauarius: ecce o cõmilitones inquit regẽ anglũ Qui si omnibus nauibus nos in hoc angusto mari intercipiat nulla nobis erit classẽ dilatãdi ptãs. Sati⁹ esse arbitror in late patẽs pelagus nos traducere quorũ in oculos sol irradiat & maris fluctus nobis aduersatur. Hęc barbauario loquẽti Nicolaus buchetus & tu inqt barbauari pecuniæ rõnẽ melius q̃ naualẽ pugnã ministrares A furca pendeat qui hinc discesserit. Periculi peritus barbauari⁹ cũ quattuor triremib⁹ portu soluit. Ante omnem edouardi classem pręcedebãt onerarię naues duę quib⁹ nobiles quidam an

Classis frãcorũ.

gli vehebātur. In quas iniectus barbauari⁹ non magno negocio naues superat: occisis qui in ea erāt vniuersis. Sed instaurāti tota classe pugnā edouardo cū portu adhuc frāci se cōtinerent. & loci angustia atq₃ hostiū multitudine ita p̄merent̄ vt sese explicare nō possent: nec in cōtinente se recipiendi facultatē haberēt: littora flamigo obseruāte: post q̄ horas sex acerrime depugnassent periere: pridie festi Iohānis baptistę. anno salutis trecētesimo quadragesimo supra mille. Itaq₃ quieretus in hostiū potestatē viuus icidit: qui classis partē sibi attributā solis piscatorib⁹ & vilis ministerii hoībus armauerat: q̄ eos scilicet modico stipēdio cōductos acceperat: nobilitate cōtempta cui majus stipēdium opus esset. Buchetus aūt qui barbauario furcas imp̄catus fuerat in malū sublat⁹ strangulat⁹ est. Vnus tm̄ cū paucis minorib⁹ nauigiis barbauari⁹ euasit reliqua classe amissa cū illis duabus quas sub ip̄o pugnę p̄ludio captas rettuli. Cecidisse ex vtroq₃ exercitu triginta milia tradūtur Edouardo aūt femur tragula traiectum fuit. Qui solidato vulnere: gandauū omēs belli duces accersit: vt de reliquo bello gerendo rationē exqreret.

Clades ingens francoꝝ apud sclusam.

Est in frossardi hystoria francos om̄s in hac nauali pugna occubuisse. Et cū ip̄e autor plus anglis q̄ francis suo more tribuat: p̄trahit vt vult suā narrationē vel ampliat. Nā cū maxime verū est buchetū alterū classis ductorē fuisse a malo iubēte edouardo suspensum: id tn̄ frossardus p̄terit: quia id ad Edouardi gloriā minime p̄tinere nō ignorabat. Cū anglus copias in cōtinentę deposuisset atq₃ gandauū p̄uenisset: placuit oēs copias bipharia diuidere. vnā alemannorū atq₃ gandensiū qui tornacū versus mouerent: reliquā ex flamigis qui ad oram maritimā & casletū incolunt: cui Robertus arthesiensis p̄ficeretur sanctū audomarū petere edouardus iubet. Ordinatis ad hunc modū copiis ip̄e ad scliniū tornacen. epi p̄diū tentoria sua ponit atq₃ ciuitatē vndiq₃ circūuallat. Erant. n. in ei⁹ exercitu p̄ter anglos brabantinoru₃

dux: comes hănoniȩ: Iacob⁹ arteuella & ex theutonĭũ pceribus ꝗplurimi: ita vt oĭs exercit⁹ centũ & viginti miliũ esse diceret. Postq̃ philipp⁹ cognouit qd ab edouardo agere tur: conestabile: fuxi comitẽ: & bertrandũ alterũ ex marescallis cũ quattuor equitũ milib⁹ tornacũ mittit. Burgũdorũ vero ducẽ cum magno pcerũ numero ad sanctũ audomarũ pgredi iubet: q duab⁹ & quadraginta nauib⁹ de lati ĭpata fecerũt. At rex ipe delecto sibi exercitu castra ĭter attrebates lẽsumq; habuit: dubi⁹ adhuc quorsũ ĭclinaret. Robert⁹ ꝯo arthesieñ. cui attributi ĭferiores flamingi erãt vix eos ducere potuit cũ omnino ĭstituissent nouã fossam nõ pterire. Sed dolo vsus robert⁹ affirmat se ex oppidanis sancti audomari binas lĩas excepisse: quib⁹ maxime sperabat patere illi in vrbẽ aditũ si illo copias promoueret. Creduli roberto flamingi arquas q vicus est flandriã euntib⁹ sancto audomaro pxim⁹ arcẽ habẽs: ptenus petunt. Ex quo loco ĭcursiones atq; ĭcẽdia fecere. Interim mẽs philippo fuit in robertũ arthesĭẽsem ducere. Quod postq̃ robert⁹ cognouit vocatis ad se sui exercit⁹ primorib⁹ ait tps esse ad sanctũ audomarũ ppius cõcedere: se alteris lĩis ab oppidanis admonitũ ne oblatã occasionẽ ptermittat. Leti hoc nũcio milites armis captis in aciẽ a Roberto ordinãtur. Igit̃ duplici acie ĭstruct⁹ pxime hostẽ copias sistit. Pugnatũ est diuersis locis acerrime ita vt p portis oppidi robert⁹ irrũpens eqtes aliquot francos occiderit. Sed dũ ad hunc modũ furit: arthesienses & nõnulli ex flamĭgis q in francorũ exercitu erãt: in alam berghensiũ atq; furnensiũ irruẽtes & comes arminiaci aliorsum pugnã in yprẽses cõmittens: hostẽ in fugã vertũt. Rediẽs aũt in castra Robert⁹ cũ deserta oĩa ꝑpisset cassetũ primo: deinde ypras: mox ad edouardũ se recepit. Ex quiq; & quadraginta milib⁹ q cũ Roberto militabant tria tm̃ milia interẽpta fuisse memoriȩ pditũ est. Fuga flamingorũ cognita Philippus ypras copias ducit & edouardus de vi desora obsidere tor-

Lre edouardi ad philippū.

nacū festinat. Litteras quoq; ad philippū in hac sententia dat. Non ignorare illū ꝓ sua virtute & sapientia francię regnum ad se optimo iure pertinere: quod vi atq; armis ipse philipp⁹ vsurparet: se ꝓpterea flamingorū maxime auxilio in franciā traiecisse quę sua esset: ideo scite ꝓbeq; facturum si iniurius vltra nō fuerit: sibiq; debitā hęreditatem liberam dimittat. ne eius culpa populus calamitate cladeq; violetur. Si minus id curet: seligat homies belli peritos centum quib⁹ cum ipse secū cum totidem armatis cōgrediat. alioquin totis copiis ad pugnā descendat. post p̄sentes litteras scriptas decimo die ad pręliandū constituto. Ad has angli litteras Philipp⁹ ad insequētem modum respōdit: se vnas quidē litteras vidisse quæ edouardi nomie ad Philippū valesiū datę esse ferebātur. Sed quia ad se regem scriptas nō esse cōstabat ad ea quę a Philippo peteret nō op⁹ esse respōso. Sed quādoquidem in franciā arma intulisset: qui sibi francorū regi debitam fidem supra paucos annos p̄stitisset atq; in eius verba iurasset: se ita regni maiestatem tutaturū: vt oportuno aliquando tempore illū regno extrudat. Neq; se multi ęstimare ꝙ flamingos auxiliares haberet quos prauis facile cōsiliis ad defectionem se duxerit. Sperare ꝓpterea gentis eius oppida atq; cōmunitates comitem suū aliquādo recepturas.

Respōsio philippi

Quāobrē disceptauit edouardus de regno francorum.

Nūc quia de edouardi in regnū francorū aduersus philippū controuersia locus incidit: nō impertinens est paucis ostendere: quo iure anglus regnum ad se pertinere decertarit. Philippo pulchro masculinę ꝓlis tres liberi & totidem fœminę fuerunt. Ludouicus qui hutinus dictus est: Philippus longus: & Carlus pulcher. Fœminæ diuersa matrimonia sortitæ sunt. Margareta Ferrando castellæ regis filio nupsit: ysabellam Edouardus secūdus huius Edouardi pater habuit vxorē. Tertia cui katherina nomen fuit decessit innupta. Singuli fratres Philippo pulchro defūcto regnum legitima successione tenuere. Hutinus patri: Philippus longus huti-

no: Philippo longo Carolus pulcher successit. Hutin⁹ annum. longus quinq;: pulcher annos septem (nullis liberis relictis) regnũ possedit. Nam iohãnes hutini fili⁹ dum remos vnctionis gratia petit / moritur. filiam ebroicẽsis comes sibi copulauit. Philippo longo hutini successori vnica filia fuit comitis arthesieñ vxor. Quare morienti longo successit Carolus pulcher: qui iohãnam burgundam grauidam cum reliquisset: turbationis de qua nũc agitur occasio extitit. Nam cum blancham regina peperisset: de legitimo herede cõtentio insurrexit. Erat eodẽ tempore ex carollo valesio Philippi pulchri fratre superstes Philipp⁹ filius qui & valesius appellabatur cum fratre Carolo alenconii comite. Edouardo igĩt atq; Philippo valesio de successione cõtendentibus: conuentus francorũ habitus est: quem triũ statuum contionem vulgus vocat. Ibi de contendentium iure diu multũq; disceptatum est dicentibus valesianis Philippũ Caroli pulcri heredem esse cuius & duorum precedentiũ regum Hutini & longi consobrinus per genus masculinũ esset. Contra asseuerantibus anglis: edouardum tertium non iniuste regnum vendicare: quam ysabella Philippi pulchri filia & triũ quos memoraui regum soror genuisset. Igitur cum ex regibus nepos & masculus esset edouardus successorem Caroli definitũ iri se magnopere deposcebat. Sed edouardo obstabat lex saliqua: quæ a Pharamondo vt supra scripsi frãcis data in illos vsq; dies obseruatissima habebatur. Ea lege soli virilis sexus reges a marib⁹ regib⁹ orti: regnũ administrãt nec ad eam dignitatem fœminæ admittũtur. Cui⁹ legis hec sententia est. Nulla hereditatis portio de terra saliqua ad mulierem venito. Terram autem saliquam frãcorũ iurecõsulti eam dicũt que solius regis est. & a lege alodii distat q̃ subditos comprehẽdit quibus datur per hãc legem rei alicuius liberum dominium non exclusa principis maiestate. Astipulabaĩ p̃terea vetustissime legi diuturna ꝯsuetudo q̃

Terra saliqua.

mares nō fœminas frācis præfici obtinebat. Quare edouardo qui ex fœmina ortus erat nulla successionis ratio poterat suffragari. Quod si iuris quippiā Edouardus ex matris origine sibi præsumeret: videret ipse nauarræ regē q ex hutini filia & ebroicen. comite cū nat9 esset: nullā in regno potestatē quæsiuisse q intelligeret fœminas a regni hæreditate esse semotas. His rationib9 edocti ii q cōmuni auctoritate consiliū habebant: Philippo regnū adiudicant. Cui iudicio nec edouard9 detraxit: fide p9 paucos ānos apud ambianos Philippo de aquitaniæ feudo præstita. Cui9 demq; aspnator: sicuti ex præscriptis paulo supra litteris pstat: tornacū flamingorū auxilio fret9 obsedit. Igit coangustati obsidione tornacēses missis ad philippū nūciis orāt suppetias ferat: cōmeatū ad eos pter circūsedentē ciuitati hostē importari nō posse. Tornacēsium cōditione accepta: Philipp9 delectos cōfestim pceres cū instructis duobus militū milib9 mittit. Ipse vocatis ad se belli ductorib9 petit vtrū meli9 iudicarēt in flandriā ne penetrare: an tornacū pficisci. Tornacū petere sati9 visū est. Mouit igit rex & ad tria miliaria pxime hostē castra ponit. Interi cū neq; tornacū anglus oppugnaret: neq; hostē Philippus lacesseret: s; nūc a frācis: nūc ab hānoniēsib9 atq; brabātinis flamingisq; fierēt excursiones: & diriperent circūstātia oppida; cōcordiā inter reges comitis hannoniæ mater & Philippi regis soror pcurauit atq; inducias obtinuit. Cōpositionis forma hæc fuit. Edouardo aquitaniā & pōtiuiā cū Philippus restitueret flamingis debitū omne remitteret: excōicatione qua tenebant aboleta. Ad hunc modū rebus compositis exercitu dimisso: Philippus frāciā: Edouardus gandauū petit. Eadē tēpestate Iohēs Britonum dux sine liberis vita defungit: cuius morte grauis admodū contētio de principatu inter carolū blesensem: & iohānē de mōteforti excitata est. Itaq; guido & iohēs fratres erant iohis quē mortuū diximus. Et guydo Lemouicen. viceco

Philipp9 copias tornacū ducit.

Inducie.

Cōtentio d ducatu Britānie.

mes relicta filia quã carolus blesensis duxerat vxorẽ/ cum præ iohãne fratre mortẽ incidisset: iohẽs mõtefortan⁹ ducatũ vẽdicare ꝑtendebat: repugnãte carolo q britonũ consuetudinẽ iohanni obiectabat. Britonũ eñ lege q̄q̄ multi eodẽ matrimonio fratres ĩ nobili familia nascanť grãdior natu p̄ri p oẽm hęreditatẽ succedit. Et hic quidẽ nullis relictis liberꝫ si moriť secũdus hereditatẽ oĩno assequiť. Morienti vero quisq̧s ex eo generat⁹ est etiam fœmina vẽdicat principatũ. Et sic deinceps p fratrũ successiões eadẽ lex obseruať. Igiť quia caroli vxor ex guydone genita esset ad eũ vxoris noĩe ducatũ ptinere carolus certabat. Atq̧ ita in iudiciũ parlamẽtei senatus re plata principatuꝫ blesensi iudices attribuerũt. At iohãnes montefortensis ne senat⁹ sentẽtię accederet: nãnetũ vrbem ꝓfect⁹ est: meditat⁹ armis se tutari. Verũ inanis eius conat⁹ extitit. Nã missis nannetũ iohãne philippi regis filio: normãnię duce: & carolo philippi fratre: alenconii comite: mõtefortensis ad philippũ deduciť quẽ apud luparã rex in carcerẽ coniecit. Cognito mõtefortensis impedimẽto: Edouardus (q̄q̄ p id tp̄s iter philippũ & se inducię ꝓrogatę essent) robertũ arthesieñ. ad Britones aduersus blesensem mittit. Qui prima expeditione cũ incursiones aliquot p̄dasq̧ fecisset: ad edouarduꝫ reuersus: iterũ cũ salberiensi comite mouẽs pugna nauali cõmissa in femore vuln⁹ accepit vnde paruo post tp̄e decumbens morte absumitur. Transfretauit quoq̧ ab britones Edouardus: vannasq̧ vrbem maritimaꝫ circũsedit. Qđ postq̄ philippo nũciatũ est q tum apud turonos agebat. illo exercitũ ducit. Cuius aduẽtu cognito edouardus obsidionẽ soluit. Legati auteꝫ romani p̄nestinus & hãnibal qui pacis causa a pontifice Clemente sexto venerant postq̄ vident reges nõ ꝓcul ab alterutro distare crebris legationib⁹ de pace agunt De qua cũ nõ ꝓueniret ĩducię posite sunt intra quas vtriusq̧ regis oratores se coram pontifice sisterent. Qui cõtrouersiæ causa cognita meliores pa-

Edouardi ꝑfidia.

Robert⁹ arthesiensis moriť.

dis conditiones non vt iudex sed vt publicę pacis curator proponeret. Hec legatis agentibus: philippi oratores ad pōtificē missi cum de ludouici bauari absolutione nichil impetrant (nam vt bauarū ad se: anglo rege relicto: Philippus conuerteret absolutionis eius pcuratione apud pontificem omni cura tractabat.) De dalphinatu viennēsi hæc composita referuntur. Imberto dalphino nec liberi nec liberorum spes vlla erat. quáobrem ad vicinum sibi regē prospiciens: a quo principatus eius pace belloqꝫ administrari posset: Philippū Philippi regis filium successorem atqꝫ hæredem instituit: nec multo post pecunia de qua cōuenerat a Philippo accepta mundo abrenūcians prædicatorū ordinem Lugduni ymbertus professus est. Et ab eo quidem tempore ymberto defuncto franci viennam dalphinatumqꝫ possederunt. Inter tot quę supra memoraui bella cum Philippo pecunia parum sufficeret: nouam exigendę pecunię formam excogitat: qua sine cuiusqꝫ conditionis discrimine omnes regnicolę tenerētur Sal quo nemo facile abstinet comparari aliunde q̄ ex publicis que instituerat promptuariis vetat. Quod autem a mercatorib⁹ aut emptum hactenus: aut posthac emendum esset id ab iis quos ad id negocium deputaret granetarios per vices temporum precio indicto distribuendum fore. Id tributi genus & si graue multis visum est. ad hanc tn̄ vsqꝫ ætatem pēditur. ingeniosum profecto inuentum quo nemo a tributo liber est. & vnde ingens rebus pecunia quotannis venit. Monetę insup ęstimationē auxit ita vt quæ vni⁹ denarii erat quinqꝫ denariorum paruo post tp̄e haberet̄ Quę res annonæ caritatē importauit ita vt tritici sextari⁹. lxxvi auenę vero septuaginta solidis venirent. Eadem frumēti pœnuria cum burgundia laboraret: dux ex regis assensu magnā tritici ex agro aurelianensi vastiniensiqꝫ atqꝫ blesia nauibus copiā imponit quæ p ligeri ad burgūdos veheretur. Id moleste ferentes aurelianeñ. concursu facto na

Marginal notes: Dalphinatus ad frācos ptinet. — Vectigal ex sale. — Monete valor augetur. — Caritas annone.

nes expilant & omne frumentum venale extrudunt: cui⁹ rei certior factus rex missis aureliam duobus ex aulicis auratis equitibus negocium dat autores supplicio afficere.

Oliuerius præterea de clissõe qui a rege defecerat comprehensus parisii capite punitur. Puniuntur eadem causa gaufridus malestretus: Iohannes talkarus: Guillermus ebroiceñ. & alii quidam ex britonum nobilitate qui Edouardi partes sequebantur. Par quoq; pena secuta est Guillermum baconem/ Richardum perceium/ & rochetessonez qui Gaufrido haricurto normanniæ principatum affectãti fauebant. Per eos dies anno qui fuit a salute. xliiii. supra mille ccc. Phillippi iussu iohãnes normannorũ dux auinionẽ ꝓfect⁹ est: vt sicuti cõuenerat de regũ cõtrouersia apud põtificẽ ageret. Sed edouardo per nũcios omnia agente: quib⁹ nõ satis sufficiens experiẽdi in iudicio potestas erat: re infecta iohãnes ad patrẽ reuersus est. Tũc blancha caroli pulchri filia Philippo regis filio nupsit. Et eodem ꝓpe tpe cũ edouardus sclusam se cõtulisset spem gerens flamingos in fidẽ recipiendi: cognito ꝙ arteuella gãdensib⁹ fuisset trucidat⁹ retro in angliã abiit atq; ad aqtanos copias mittit: q inducias sua sponte violauerant. Arteuella aũt ꝓditiõis suspect⁹/ Gandauũ a magistratu vocatus mox a plebeia turba occidit. Neq; passa est cadauer sepulchro ꝯditũ ꝯsumi: sed inde effossũ feris & volucrib⁹ exedẽdũ abiecit. Nũcio de ãglorũ in vascones aduẽtu accepto Philipp⁹ iohãnẽ filiũ cũ delectis militib⁹ ire iubet. Sꝫ postq̃ cognouit ãglos duce herbi comite mltas p eã regionẽ arces occupasse. de reb⁹ bñ gerẽdis desperãs: exercitum reduxit. Qua re vbi patrẽ ĩdignari accepit: aqtaniã repetẽs aguilonẽ obsedit. Sed renouato iter reges bello vt pñi auxiliũ ferret: soluta obsidiõe: in frãciã venit. Per id tps ãno salutis Millesimo trecẽtesimo quadragesimo quĩto. Iohẽs de mõteforti ipos mẽtis vita excessit apparẽtib⁹ illi in ipo excessu demonib⁹. Tãte siqdẽ coruorũ turba ędib⁹ moriẽ

Oliueri⁹ de clissõe capite punit̃ ꝛ alii.

Edouardus iterũ nocens.

Coruorũ greꝫ.

Stult⁹ lo-cutor punitur.

tis insedit: quātā esse in gallia nemo iudicasset. Erat per id tēpus cōpendii ciuis symō poilletus qui verbi ꝓdigus dicere nō verit⁹ est Edouardo q̄ Philippo plus iuris ad frā ciȩ regnū ꝑtinere. Quāobrē mox cōprȩhēsus atq; in tabulatū elatus: brachiis primū: deinde crurib⁹ atq; postremo capite exsectis: diras ꝓ sua temeritate pœnas luit. Constituerat Philipp⁹ magnā classem cogere vt in angliā traiiceret: atq; ei⁹ rei cā missis ad genuā nūciis onerarias naues expectabat: & fabricare prȩterea īsolitȩ magnitudinis nauē apud harfleū normāniȩ portū iusserat. Sed cūctantib⁹ qui missi erāt: atq; appellēte in normāniaȝ cū centū supra mille nauib⁹ edouardo: instituto Philippus abstinuit cōpulsus aduersus hostē militē instruere. Interim dū cūctat̄: festinabat anglus cū gaufrido haricurto oīa populari. Itaq; montēburgū: carētum: sanctū lōdū thorinū/ cadomūq; occupat: prȩdis inde abactis & in angliaȝ traductis. Cadomi autē cū pleriq; nō parua nobilitate ꝓceres & guillermus bertrādus baiocēsis prȩsul prȩsidii cā essent. q̄q̄ oppidani obstinatis virib⁹ hosti resisterēt retro tandem (nescio quo reuocāte) cedētes. anglū mox in oppidū irrūpere cōspiciūt. Atq; ip̄e conestabilis cū iohāne de tancaruilla arce egressus capit̄/ & in angliā dimittit̄. Ex cadomo lexouios Edouardus petit. Inde fallesiaȝ mox rothomagū ducens: post q̄ philippuȝ exercitū ibi habere cognouit: ad pōtem archȩ se cōuertēs: a philippo prȩuētus est qui ydoneū bello locū occuparat. Quo potitus rex edouardo p̄ nuncios mandat: si in prȩlium totis copiis veniat: se pugnādi potestatem facturum. Nūciis anglus respondet nō detrectaturum se prȩliū dum in agrum parisiēsem venisset. Cōferendi spe accepta philippus ad diui germani monasteriuȝ se recepit. Anglus vero p̄ agrū vernonēsium iter faciēs suburbanis succēsis mantā alias medontē accessit. Deinde meulanum oppugnare conatus cȩde suorum dānificatus est: eapropter ira excandens murisū proximū meulano locū

Conestabilus & iohānes de tācaruilla in angliaȝ ducūtur.

totum prorsus incẽdio consumpsit. Nec cũctatus possia·cum accessit oĩa sancto Clodoaldo tenus diruẽs cremẽsq;. Cui ne retro abeũdi potestas foret: ponte qui est possiaci a frãcis refracto: interceptus anglus videbatur. Sed cũ se per monteforte iter habere simulasset: & philipp⁹ vt illi occurreret ad antoniũ vicum castra posuisset: restituto possiaci põte anglus bellouacũ abscessit. Quod postq̃ resciuit philippus se proditũ esse palã magna voce querebatur. Vnde hostẽ persequi omnino constituẽs: cũ3 audisset anglũ per picardiã iter ad mare cõficere: abbatis villã pontiuiaci primariũ oppidu3 petit. Habebat arenis castra eo die anglus et se ibi militẽq; reficere cõstituerat donec ex iis quos ad vadum quo exercitũ traiiceret: nũcium miserat accepit. Sed de philippi aduẽtu certior effectus flumine celeriter duce gobino agaceo qui inter captiuos locorũ perit⁹ erat traiecto: ad vicũ quẽ blancã aquam incolę dicunt iuxta crecia·ci siluam castra fecit. Nec transitum impedire potuit godemar⁹ fayacus: quẽ vt anglũ traiici ꝓhiberet cũ duodecim milibus pugnatorũ Philippus pręmiserat. Eo cũ ꝓxime se Philippus ꝯtulisset: sciscitatus q̃ ꝓcul hostis abesset: cũ mentiẽtibus sibi quibusdã crederet hostem duodecim miliaribus distare: ipse vt erat ardens cõgredi: anglos ꝓspicit tribus tãtum passuũ milibus abesse: proteruus ergo signo suis dato q̃q̃ ordinem miles non seruaret in hostem vadit. Erant balistarii genuenses ad numerũ quindecim milium in prima fronte cõstituti. Qui ad primũ sagittarũ strepitũ (quib⁹ anglus statim ineũte pugna vsus est) exterriti in fugam se cõuertunt. Quos cũ persequi philippus atq; interfici iubet: magna nichilomin⁹ reliqui exercitus pars deserto rege fugę se dedit: magna pars fusa occisaq; ẽ: cu3 ex acie hostiũ sagittarii tantũ depugnassent. In interemptorũ numero primi fuere bohem⁹ rex alẽconii comes philippi frater: Lotharigorũ dux: Ludouicus flamingorũ comes Comes haricurt⁹ & sancerrẽsis: alias castri cęsaris quod oppi·

Pugna apud creciacũ.

dū olim agenditū dicebatur. Philipp⁹ vero ad ambianos nocte cū paucis se recepit. Postridie pugnę q dies erat dominicus ꝑmulti pedites atq₃ equites ex fuga recepti cū ad castra sua redirent: visis ꝓcul francorū signis quę erecta angli tenebāt: rati illic aciē frācorū esse: i man⁹ hostiū incidētes multo plures ex eis q̄ pridie occisi sunt. Strages fuit occisorū miliū triginta. Hāc plerīq₃ stragē vindice deo factā dixerūt: aliis in Philippū culpā referētib⁹: qui spreto ꝓcerum prefectorūq₃ cōsilio: cū militē diuturno itinere defessum haberet/ nulla quiete data ī hostē incurrit.

Gallorum indumenta.

Fuisse ꝑ id tēpus ꝑ franciā vestimētorū nimiā deformitatē scriptores tradūt ita vt ioculatoriā vitam agere frācos a vestib⁹ iudicares. Crediderim nō defuisse illis & lasciuiā atq₃ supbiā quotidiana gentis mala. Itaq₃ cōtinuo vix decēnio vnius modi indumentū seruat: nouitatis semꝑ studiosa. Itaq₃ vl' angustia vel laxitate: itē breuitate seu lōgitudine vestimentorum galli peccant semper. Philippus autē multa secū repetēs godomarū fayacum suspectū habuit q hostē apud blancam aquā a vado nō ꝓpulisset: voluit ꝓpterea godomarum supplicio afficere. Consilio tamē iohānis hannoniensis ab ira tēperauit.

Callisium ab Edouardo obsessum.

Victor edouardus re ꝓspere gesta per mōstrolium boloniāq₃ viam faciens: in planicie calisii castra fixit. Indignatusq₃ q oppidani illi obsisterēt iurat se inde nō moturū: donec oppidū expugnet: atq₃ ita viculo quodā leui materia nō ꝓcul a callisio extructo (quē villā nouam audacē appellauit) ibi diuersari ꝑ obsidionis tēp⁹ animo firmat. Cui ab initio flamingi cōmeatū affatim ministrabāt. Sed postq̄ defuncti comitis ludouici filiū in dominū admiserūt alius illis anim⁹ fuit.

Nota harricurti comitis penitentiā.

Interea cū hæc in Picardia gerūtur: comes darb⁹ q burdegalā tenebat postq̄ iohānē normānorū ducē aquitaniā reliquisse cognoscit: xantonas: sanctū iohānē angeliacū: pictauūq₃ occupat: & prędis ī de factis burdegalā reuertit̄. Gaufrid⁹ autē haricurtus quē a philippo defecisse & normāniā₃ affectasse supra

scripsi: cōmissorū a se pœnitēs: collū mātilli quasi fune cir cūligat atq; ita ad philippum veniēs & vociferās. Prodidi inqt regē & regnū: misericordiā tuā rex expeto. Cui veniā philipp⁹ īpartiuit. Paulo post repato exercitu: hisdinū arthesii oppidū rex petit: vt anglū pugna adoriret: qui tā arcta obsidiōe mari terraq; calisianos pmebat: vt nichil vi ctus ad eos īuehi posset. Dū sedet ad calisiū edouard⁹: gau uinus bellomōtan⁹ laudunēsis. qui laudino relicto se ad mediomatricos receperat: p colinū tomelū misere pditio nis hominē litteras ad anglū dat quib⁹ spondet illi laudu num tradere. Est autē laudunū nō procul a viromādis in colle edito ciuitas: bello in oēs finitimos gerēdo accōmo datissima. Colin⁹ acceptis a gauuino litteris: cū frācus eēt diu dubi⁹ fuit anglo ne an frāco regi eas reddat. Stat tandē animo sentētia ad philippū pditionē deferre. Cognitis lit teris rex colinū docet remos repetat. vbi gauuin⁹ illū pre stolabat. Vtebatur autē pditor religioso habitu & se spe cie pietatis occultabat. Colin⁹ postq̄ ad remos se cōtulit: pretore certiore ab eo facto gauuinū pdit: qui laudunū a pretore pduct⁹: post acceptas a plebe multas cōtumelias: postremo lapidib⁹ obrut⁹ est & ei⁹ vnicus fili⁹ paterni cri minis cōsors ppetuo carcere afflict⁹. Interim callisiani cōmeatu defecti postq̄ philipp⁹ despato subsidio auxiliū ferre nō pōt: anglo se dedūt: vita atq; vna tm̄ veste illis cō cessa. mēse vndecimo obsidionis anno xpiani natalis. M. ccc. xlvii. Relicto igit callisio oēs cū ad regē frācū venisset plīma ab eo hūanitate accepti sūt. Instituitq; philippus vt nulli ptās magistrat⁹ aut officiū cōmitteret: donec q calli siū tā ingenue defendisset singuli singula officia recepis sent. Inter quos primari⁹ erat iohānes vienēsis burgūdus eques. Cui⁹ opa callisiū i philippi fide quoad fieri p eū po tuit pmāserat. Callisio recepto edouard⁹ aymeriū pauiēse oppido pfecit. A quo cū Gaufrid⁹ charn⁹ q sctō audoma ro preerat callisiū pecunia redimere voluisset re cōpta: in

Gauuin⁹ pditor.

Callisium edouardo deditur.

1347

emptoris perniciē fraus recidit. captus eñ & grauiter vulneratꝰ in angliā missus est. Qui autē cū eo tā gloriosū; facinus aggrediebať dñs de montemorētiano fuga se saluauit

Comes blesensis capitur.

Per idē tps carolus blesensis britonū dux apud rupem lerianā victus captusq; ab anglis est. Tot incommodis affectus Philippus consiliū parisiu; ꝯtrahit. Ibi agit de expeditione in angliā ducenda. Cui sine cōtrouersia oēs assētiunť, ꝓmittuntq; singuli auxiliū m ferre: atq; vt stipēdio militi soluendo pecunia quæreret: itur i aduenas italos q fœnus exercebāt. Illi eñ prȩter regias leges fœnꝰ augebāt: ita vt supra milia librarū decē primȩ fortis: ad quattuor & viginti milia libra; parisianarū vsura increuisset. Eā ob rē eorū bona fisco deputata sunt. Grauis eodē tpe pestilētia francos affecit: absumptis ꝑ annū & semis triginta hominū milibus. Eadē tēpestate ex theutonibꝰ exiuere in frāciam cōplures: q se flagellis & acutis stimulis percutientes pniam de suis pctis agere se dicebant. Sed a philippo prohibiti vix abstinuerunt. Mortuis vero vxoribus philippꝰ blanchā regis nouarrȩ filiā: iohēs eius filius iohanna; boloniēsē vxorē accepit. Edouardo adhuc apud calisium agente: intercedētibꝰ romanis legatis: inducȩ anni vnius a regibus ꝯcessȩ sunt. Hȩc cū anno salutis. M. ccc. quīquagesimo mēse iunio agunť: Philippus mēse augusto apud nogentū regis moriť: annū agens quinqgesimūseptimū: q bñ fortunatus primū: deinde fœlix: postremo optimus xpicola appellatꝰ est: & apud diuū dyonisiū humatꝰ post q annos tris & viginti regnasset. Eius regis diebꝰ iohannes xxii. pōtifex romanꝰ de diuina cōtemplatiōe atq; visione temere sentire atq; prȩdicare ausus est: aduersantibꝰ illi catholicis viris quibꝰ i primis philippus adiutor fuit. Huiꝰ regis opus est monasteriū virginū ordis sanctȩ clarȩ apud pōtē sācti maxētii quod de moucello appellať. Qui locꝰ ob bonorum publicationem cuiusdā lesȩ maiestatis damnati Philippi fisco fuerat adiectus.

Iohānes xxii.

1350

Eiusdem compendii Liber nonus.


Erre commēdato philippo valesio: iohānes ei⁹ fili⁹ regnū adeptus ē: & de more frācorū regnū remis vnctus. Qui inde parisium repetens incredibili oīm leticia except⁹ est. Venerat tū ex anglia solutus carcere radulphus angi comes & conestabilis quē cadomi ab anglis captū supra enarraui. Hic ꝙ in iohannē (vt ipse spōte ꝯfessus est) crimē lese maiestatis commiserat apud neellā parisii capite trūcat⁹ est: substituto in cōnestabilitatu iohāne hispaniēsi quē rex angolismensi comitatu pauloante donauerat. Tūc dira ānone caritas frācos vexauit. tritici nāq; sextarius libris octo parisiorum veniebat.

agrũ leodiẽsem leuis armaturę milites qui sata vicosq; incendãt. vt hoc dãno permoti leodiẽses cõmunib⁹ patriæ incõmodis (obsidione dissoluta) succurrere cogerent. Flagrãtib⁹ passim agris leodiẽses qui in obsidione apud traiectum erãt in hostẽ mouẽt: quẽ in planicie cui haysebagno vocabulũ est inuẽtũ prælio adoriunt & vincũtur: milib⁹ sexdecim ex suis occisis. Victoria ad Carolũ regẽ perlata: timens ne burgundus victorem exercitum ad Parisios duceret quibus erat tum tẽporis acceptissimus: assumpta cũ suis liberis vxore: turonuz se transfert: comitantibus eum francorũ primoribus principib⁹. Quod vbi Iohãnes burgundus cognouit: Guillermũ hãnonię comitẽ sollicitat: secum in franciã cum exercitu proficisci: nõ aliam ob rẽ q̃ vt regem & dalphinũ cui filia eius nupta esset parisium reuocaret. Erãt guillermo multę causę quãobrem a bello abhorrebat: affinitas atq; cognatio. Burgũdo enim Guillermi soror matrimonio cõiuncta: reginæ autem cõsobrin⁹ ipse erat: & filiã eius vnicã sibi hęredẽ alter ex Caroli liberis despõsauerat. Eam ob rem ad pacẽ procliuior vltro citroq; oratoribus missis: regem carnotuz proficisci impetrat: quo iohannes ad eum venire non differret. Carnoti conuẽtu habito: Burgũdus cum carolo aureliano duce ducis occisi filio paciscit. iurantq; vicissim duces: nunq̃ posthac inimicitias ĩ alterutrũ exercere. At lõge secus nõ multo post tpe accidit. Nec fidei obseruãtia: nec iurisiurãdi religio irritatis animis momentũ habuit vllũ. Parisiũ tñ Carolus reuersus ẽ. Quo tpe duos ex schola parisiaca scholasticos propter cędẽ a se factã cũ Guillermus tignonuillus parisianus præses: ad patibulũ noctu appẽsos strãgulare iussisset ne si segni⁹ fecisset homicidę liberarẽtur: coactus ẽ (schola apud iudices suã ignominiã psequente) scholasticos patibulo depositos (osculo mortuis exhibito) & leticię impositos ecclię restituere. aurigãte carnifice q equo insidẽs lineam instar sacerdotis vestẽ induerat. Eorũ scholasticorũ eti

De schola parisiẽsi.

iam nunc sepulchrũ in porticu diui maturini Parisiẽsis cũ epigrãmate visit. Eadẽ tẽpestate boussicaudus q genuẽsibus Caroli noĩe præfectus erat copiis indigẽs Gaucurtũ a Carolo ad se cũ valida manu missum in pedemonte excepit. duxitq̧ placentiã: qua recepta: pado traiecto: mediolanum mouet. Cui iohãnesmaria mediolani dux pacato aĩo occurrit: atq̧ in ciuitatẽ admisit: fide illi subiectionis & obediẽtię tanq̃ regis vicario præstita. Dũ hec mediolani a boussicaudo geruntur marchio montisferrati & comes frãciscus (ꝓditorib⁹ aliquot genuẽsib⁹) ciuitatẽ occupãt occisis francis quos inuentos habuerunt. Et arce quam castelletum vocant recepta: tholetonem arcis præfectũ interimũt. Quod vbi mediolani nũciatũ est: ciues in frãcos cędem meditãtur. Sed eius rei certior factus Boussicaudus militem in armis per eam noctem excubare iubet: nec cessat cõtinenter per vrbem cũ armatis incedere. Mane facto ducis fidei ciuitatem sub iureiurando committit: atq̧ ciuitate egreditur. Abeũtib⁹ francis mox a fide atq̧ iureiurãdo mediolanenses deciscũt: & francos qui laxandi animi causa mediolani restiterant depræhẽsos iohãnesmaria ꝑfidus suis canib⁹ deuorãdos obiecit. Boussicaud⁹ Genuã recuperare conat⁹: cũ frustra se niti intellexit: ad pedemõtium principem cũ gaucurto & copiis ꝓfect⁹ est. Quorũ egregiã opera contra marchionem montisferrati vsus princeps: nõnulla oppida arcesq̧ cũ cepisset: franci alpibus superatis ad Carolũ reuertũtur. Erat tum parisii nauarrus rex qui cũ burgũdo societate inita turbatiora omia fecit. Montagutũ enim regii palatii præfectũ: qui illorũ cœptis obsistebat grauis & fidus imprimis consiliarius capite dãnant censore petro essaro Parisiorũ pręposito. Qui mox ex nauarri atq̧ burgũdi sentẽtia ærarii regiæ pecuniæ administrationem vsurpauit / deputatis ex sua cognatione qui Carolo in officiis palatinis obsequerẽtur. Officio q̧dam amoti & suis fortunis spoliati ad aurelianũ ducem

Lõbardorũ in francos ꝑfidia

rex nauarre burgũdi socius.

Carolum abierunt de duce burgundo querimoniã proferentes: qui nichil eoruꝫ quę carnoti iurata erãt obseruaret. Quare percitus ira aurelianus: suarum partiũ proceres accersit. Cõuenere ad eum in arce vicestrię nõ longe a Parisiis duces biturix borbonius & alẽconius: comites vero richemont⁹ alibretus conestabilis armygniacus: & alii nõ pauci proceres. Quibus animus erat suorum iniuriã vlciscẽdi. At cõtra burgundus nõ ignarus quid aduersus eum aurelianus moliretur: parisiũ petit copias secum ducẽs: castris inter siluanectum luparãqꝫ vicum positis. Burgundo frater erat anthonius dux brabãtinus qui solertissimo studio curauit ducum cõtrouersias cõponere: nec destitit donec mutuo se amore principes ꝯplexi animos ferociãqꝫ ponerent. Rebus vtrĩqꝫ sedatis: Burgũdus in Picardiã abiit relicto Parisii petro essaro qui ciuitatẽ moderaret. Hic ad suã tutelã lanios quos ministerio vsuqꝫ sanguinarios esse sciebat in cõsortium admittit aduersus aurelianę partis sectatores. pręhendit imprimis vinetum despinosum equitem auratũ: quem capite truncatum patibulo tandẽ suspendit ꝙ aureliano faueret: Quã aurelianus iniuriã nõ ferens: collecto exercitu hanum primas copias ad pręsidium mittit: imperans vt burgũdi inceptationib⁹ obsisterẽt. Qua re cognita Burgũdus cõtractis ex flandria sexdecim hominuꝫ milibus obsidere hanum festinat. Concussa mox tormentis porta: q̃ ad sanctũ Quintinũ ducit cũ corruisset: hi qui intra oppidũ erãt ad aurelianũ ducẽ q apud channiũ agebat se recipiunt. Desertũ præsidio hannũ postq̃ flamingi populati sunt in flãdriam cõuersi non vi nõ præcib⁹ neqꝫ vllis minis a burgundo retineri potuere. Eapropter ad anglos missis nunciis: auxiliũ impetrat. Aurelianus autẽ ratus per burgũdi absentiã parisios sibi audituros: ponte apud verberiã facto: ysarã amnem transmittit. Inde ad sanctũ Dyonisiũ: quã auraicẽsis princeps Iohãnes cabilonus burgundi nomine occupabat/ mouet. At quia nõ multũ

Macellarii parisiẽsis.

munitus locus erat deditione facta princeps auraicēsis iu-
reiurando adigit: nullo vnq̄ tpe aduersus aurelianū arma
capturū. Interim gaucurtus sancti clodoaldi pontē nocte
suffuratus est. Id vbi aurelianus cognouit suaꝝ copiarum
partem ad pōtis præsidiū collocat. Nec segnior burgūdꝰ
per pontē melentū Parisiū vadens: postridie q̄ ad ciuitatē
venit sancti Clodoaldi pontē recuperat: occisis mille ꝓpe
britonibus pontis præsidio ab Aureliano deputatis. Qui
bus priusq̄ subsidio adueniret pōte iā burgūdus potiebaꝑ
Nocte insequēti remeāte Parisiū burgūdo: aurelianus ex-
tructo e conspectu sancti dyonisii supra sequanā ponte: ca
steldunū propere se cōtulit. At burgūdus assumpto caro
lo rege: atq; dalphino / stampas mouet: oppidumq; occu
pat. Premisit inde puisetū belsiæ oppidū cū duobus ho-
minū milibꝰ Iacobū marchiæ comitē in quē Barbaȝanus
cum Gaucurto quadringētis militibꝰ stipatus ex Aurelia-
nis adueniens: comitē capit. captū in arce bituricēsi seruat
Reliqui audito comitis infortunio stāpas ad burgunduȝ
redierūt. Qui vna cū rege & dalphino ad parisios se cōuer
tit: dimisso domū exercitu: anglisq;. Duces aūt biturix &
Aurelianꝰ adiaduertentes burgundū auxiliares sibi fecisse
anglos: & nunc dimisisse: albretū confestim ad henricum
angliæ regē ire iubent: qui auxiliū ab eo petat. Audiuit nō
illiberaliter anglus albretum: & Thomam filium suū cla-
rentiæ ducem & cum eo eboracensem: iohānem cornubi
ensem cū octingētis equitibꝰ & sagittariis mille in franciā
ad duces mittit. Interea dum hæc agūtur Iohānes bur-
gundus conceperat animo bituriges obsidere: atq; ob id
ipsum dominum de Hely cum bona militum manu Li-
nieras præmiserat. Quod vbi dux borboniꝰ accepit ex bi
turicensi ciuitate sub lucem mouēs / copiarū ductorem in
uadit. sed dilapsus in arcem suos prędæ borboniorū obie
cit. At burgūdus assidue regē dalphinūq; secū ducēs: duȝ
de obsidendis biturigibꝰ cogitat: dunū regiū sexto a bitu-

rigibus lapide imprimis capit. Deinde postq̃ ad vnã ciuitatis portã dies quadraginta frustra cõsedit: Alteram quæ sancti priuati dicũt circũuallat. Eo ad eũ se cõtulit cũ sexcẽtis milib⁹ siciliæ rex ludouicus qui partiũ eius erat. Cęterũ vbi dalphin⁹ certum de anglorũ aduẽtu nũcium accepit: molitꝰ priusq̃ se cũ biturigib⁹ hostis cõiungeret discordias cõponere: itaq; cõuenientib⁹ ad colloquiũ apud rochas nõ lõge a charitate principib⁹: cũ sevanterã vbi rex agebat cõuenire ꝓmisissent non cõparuere: ꝓpterea q̃ delatum eis fuerat si eo ꝓficiscerent capiẽdos esse & antissiodorũ in custodia mittẽdos: & tandẽ necãdos. Tanto autẽ flagitio cũ Petrus essarus magnopere repugnaret de re ipsa duces certiores effecerat. At angli ligere traiecto audiẽtes principum recõciliationẽ cum nemo illis stipẽdiũ solueret: Bellumlocũ cum monasterio populãtur & abbatẽ captiuũ abducũt: Angolismorũ præterea comitẽ. Quem ĩ angliã missum centũ miliũ librarũ pecuniæ loco quæ eis debita esse dicebant obsidẽ tenuerũt annos duos & triginta. Erat autẽ ducis aureliæ frater. Burgũdorum factio conestabilem eo tẽpore sancti pauli comitem ĩstituerat: qui apud sanctum Remigiũ de planis Normãniæ vicum Gaucurtũ prælio superauit: quadringentis alterius factionis occisis. Anno salutis Millesimo quadringẽtesimo decimotertio.

1413. Quo anno lanii & carnifices Parisiorũ quos scoriatores illa ętas appellauit autore burgũdo seditione facta symonẽ cabocheũ & iaqueuillũ cum Iohãne trecensi medico sibi ducẽ præficiũt: atq; his ductorib⁹ ad ducis aquitani ędes profecti cõplures ex aulicis quos nõie scriptos habebant furẽtes sibi tradi petunt. Eius clamoris causas nesciens dalphinus ad burgũdum qui corã aderat orationẽ vertẽs. familiã inquit meã quã hic furẽs populus deposcit tuę fidei Iohãnes ducẽdam quo voles cõmitto: donec ferocia hæc deferuescat. Recepit burgundus ex ducis familia quos carnifices voluerũt eosq; domũ suã præsens duxit. Eodẽ

Burgũdi ioẽis nequitia.

die petrus essarus qui sancti antonii ꝓpugnaculo preerat: fide a burgũdo accepta q nullo incõmodo vexaret ꝓpugnaculo egressus capt⁹ & in vinculis habit⁹ est. moxq ꝓpugnaculũ recipiẽtes latrimolus & Enguerrãd⁹ bournouillus cũcta quæ essari erant prædãtur & exportãt. Præhẽsionis essari causas burgũdus in vulgus dissẽminat: illũ regiis officiis abusum contra leges esse. Monetã diminuisse ex quo furto peculiũ sibi ingens diuitiasq cõparasset. Pulchre equidẽ in ꝓuerbio galli habẽt: canẽ tum rabidũ dici cũ illũ paterfamilias mactare decreuit. Ductꝰ ad suppliciũ essarus & capite plectiꝰ. Obtinuere tñ amici vt sepulchro inferretur quod apud diui Maturini Parisiẽsis ędẽ iuxta primariũ altare visitur. Nec satis fuit Burgũdo Iacobũ riuerium equitẽ nominatissimũ in vinculis interisse vel (vt creditũ est) trucidatũ esse nisi etiã mortuo caput fuisset amputatũ. Necat⁹ est prætera petimenillus ex ducis aquitani familia genere illustris. In nobiles quoq fœmias quę reginæ famulabãtur carnificum sęuitia grassata est: burgũdo auctore: cui maxime assentabatur Iaqueuillus publicã administrationem affectans. Sed hæc flagitia nõ ferentes Henricus de mala primus parlamenti pręses: & iohannes iuuenellus aggregata sibi ciuiũ non imbecilli manu: regem dalphinumq adeunt manifestantes præsentis temporis iniquã conditionem: necis plena omnia esse. Apud perditos homines regnum atq imperium extare. Magistratibus tantũ licere: quantum illi permitterent: ducẽ Aurelianũ vernone cum suis in armis esse: qui concordiã bonis legibus non recusaret. Periculis nisi occurratur rempublicam pessum breui ire. Præsidentis oratione excitus dalphin⁹ ducibus Biturige & borbonio accersitis: vna cũ populo qui ad eum conuenerat egressus: familiam a se abductam & reginę fœminas recusante burgundo vinculis emittit. Carnifices autem dalphini potentiam metuentes hac atq illac dispersi in burgundi terras perfugerunt. Nec

Essar⁹ necatur cũ aliis.

cunctatus dalphinus aurelianũ ducem ad se vocat. Quod postq̃ burgundus accepit: veritus ne adueniens hostis de paterna nece iudiciuꝫ postularet: ciuitate abire constituit: explorãs quo id modo sine suspitione facere posset. Itaq; per Carolum sauesum regi admodũ familiarem regem venatum in bondissum saltum educit: quo cũ & ipse pergẽs animũ induxerat in picardiam regem traducere. Sed stipatus rex magna parisiẽsiũ ciuium manu abduci nõ potuit: atq; ita burgundus per compẽdium suessionẽq; iter faciẽs presidiis impositis arthesiuꝫ petit. Interi aurelianus adueniens parisii hibernauit: cui se belli & pacis socios ludouicus siciliȩ rex & dux andegau⁹ cõmiscuerũt: remissa burgundo filia quam Ludouici filius desponsauerat. Et quo amicitiȩ arctius vinculũ esset: Carolus regis filiorum quartus Mariam andegaui filiam accepit vxorem. Principibus mutua amicitia conciliatis: rex compendium quod a burgundo præsidio tenebatur: recepit. Inde Suessionẽ ducens: quia (dum ciuitas oppugnatur) Nothus quidam ex borboniorũ familia sagitta iugulo ictus interiisset: Suessio in prædam militi data est. Nec ab ecclesiis tẽperauit furor militaris. Suessione direpta Carolus laudunum se contulit. Quo niuernẽsis comes burgũdi frater aduenięs regi fidẽ dat: nullo tẽpore suppetias laturũ fratri. Profectus inde rex ad sanctũ Quintinũ viromandorũ validissimũ oppidũ nuncium accipit de burgũdorum aduentu: quos iohannes adȩ attrebatũ venire iussisset aduersum quos prodeuntibus barri borboniiq; ducibus cũ Alenconii atq; armygniaci comitibus: Captis inter fugandum aliquot burgũdis & guydone de barro: reliqui tandẽ attrebatũ peruenere. Quo rex mouens obsidione attrebatum circũcingit. Demũ per hollãdiȩ dominã que Burgũdi soror erat reb⁹ compositis: rex parisiũ remeauit. Eodẽ tempore apud cõstantiã rheni ciuitatẽ synodus vniuersalis habita ẽ. Vbi iohãnes vigesimustertius ob crimina sibi obiecta in insula

Suessio diripitur.

Attrebatũ obsidet

marci ꝓpe constantiã custodię traditus põtificatu priuat. Nec multo post gregorius duodecim⁹ & benedictus.xiii. qui se pontifices ptinacissime prædicabãt dignitate põtifi cia se abdicãtes liberã eligendi pontificẽ potestatẽ cõcilio prębuerũt. Electusq; est otho colũna qui martin⁹ quintus appellat⁹ est. Postq̃ annos circiter quadraginta ecclesia vero pastore caruisset. Et veniẽtes ab henrico angliæ rege ad Carolũ oratores cũ peterent Catherinã Caroli filiã suo regi dari vxorẽ: respõsum acceperunt non esse carolo ociũ huic rei animũ intẽdendi: quãobrẽ discedere in angliã parati oratores duci se harfleum petũt: nõ q̃ breuior (vt ipsi simulabãt) per eũ portũ nauigatio eẽt sed reuera quia nouerant Henricũ classem ad traiiciẽdum in franciã exercitũ instructã habere: cupere ꝓpterea locũ exploratũ sibi esse vt port⁹ naturã munitioneq; suo regi referrẽt. Non multo post tẽpore henricus harfleũ adnauigat. Vbi stoteuilla arcis beluacẽsis pręfect⁹: baqueuilla & lyonet⁹ braquemõtus præsidio affuerũt cõcedẽte paulo post ad eos Gaucurto. Astabat ad subsidiũ apud caudebecũ cũ mille quingentis equitib⁹ boussicaud⁹: apudq; honfleũ q̃ arx in conspectu harflei sita ẽ: agebat cum totidẽ armatis Albret⁹ conestabilis: vt egressos nauib⁹ ad frumẽtationẽ & pabulationẽ anglos ꝓhiberẽt atq; itercipẽrẽt. Sed nihil comeatus discedẽs domo hẽricus omiserat. Adeo eñ reb⁹ necessariis classẽ oppleuerat: vt nihil foris petẽdũ eẽt. Itaq; tã ptinaci obsidione frãci circũsepti Harfleũ hosti dedũt. Ea lege: vt tũc liberi facti si priusq̃ Hẽric⁹ Calisiũ repeteret a frãcis nõ iuaderẽt: se captiuos calisii repsentarẽt. Relict; ad harflei custodiã pręsidiis Hẽricus Calisiũ versus cũ suis cõtendit. Id postq̃ conestabilis Albret⁹ cognouit: carolo indicat. Igiẽ mittũtur p omnẽ franciã nuncii qui nobilitatem ad arma vocent aduersus anglos: quibus eũ priusq̃ arthesio abirent prælio decertare Carolus cõstituisset. Interĩ albret⁹ & boussicaud⁹ mareschallus abauillã petẽtes q̃nde

cim totos dies anglū trāsmittere somā amnē prohibent.

Deniq; inuēto inter corbiā peronāq; traiectu: amnē hēricus transmittit. Indignati propterea franci q̄ hostis sine vlla cōcertatione ab eis dilaberet: duces Barri atq; borbonii & niuernensis comes anglo diē ad prēliādū p caduceatorē dicūt. Qui rem sibi acceptam esse simulās: præliandi se potestatē facturū esse ꝓmisit. Sed fefellit henricus expectantes francos: & per bellā quercū calisium petere ꝓperabat. Qua re cognita duces viā hosti præcludunt: atq; ad regē q rothomagi erat mittūt precantes prælio adesse curet. At biturigū dux non contētus totis copiis vno ī loco pugnam indictā esse: memorq; cladis apd pictauos acceptę: Carolū rothomagi continuit: satiꝰ esse dictitās ꝑlio tm̄ vici: q̄ & præliū vna cū rege amittere. Nihilominꝰ franci castra apud blangiū metantes hostē vltra progredi prohibebāt parati omni modo manu ꝯserere. Verū anglus īpetratis vsq; in crastinū induciis acies īteri instruxit. Venit interea ad francorū exercitū aurelianꝰ dux cū duce brabātino: cōfluentibus insup vndiq; militibꝰ francis. Prius tñ q̄ acies ꝓcurrerēt duces ad hostem misere guyscardum dalphinū hugonē de trassy & petrū de hely sciscitatū quid daturus esset: si liber abire in angliā pmitteret. Responsi (pręter aurelianū ducē) nemo ꝯscius fuit. Ad insequentē aūt modū suas franci acies ordinauerūt: Primā frontē agebant albretus & boussicaudus marescallus tria equitum milia habentes. Hos sequebanť imprimis aurelianus dux cū sexcētis equitibus: dux borboniꝰ mille ducentos equites ducēs edouardus dux barri sexcētis militibus stipatus: niuernensis comes mille ducentorū hoīm ductor. Post hos ordine composito incedebāt robertus barrensis & daumallus comes cū quadringētis equitibꝰ. Comes deu trecentis ꝑerat Totidē ducebat vandemōtus comes. rossiꝰ comes ducentos. Aderat quoq; Anthoniꝰ Brabantinꝰ dux frater iohānis burgūdi quez hannonienses sequebanť. Nam ex suis p

Blangiana pugna & clades.

paucos eduxerat. Iohāni barrensi lothoringi ducis fratri ducenti parebant. In subsidiis dextrū cornu richemontus comes & cū eo sexcenti eqtes tuebant̄. Sinistrū vindocinēsis comes totidē stipatus armatis asseruabat. Armatorum summa nobiliū decem miliū fuit præter peditū & humilis ꝯditionis hoim ingentē multitudinē. In anglorū exercitu mille quingētos equites & peditum sagittariorū octodecim milia esse fama referebat. Ordinatis aciebus albret⁹ validā equitū manū anglos adoriri imperauerat: ducib⁹ gaufrido boussicaudo: grauilla: trimolo: heliqueto borbantino: iohanne dengeno: aleammo champeo: roberto thralo: & pichone de turre. Qui ꝑten⁹ mouētes neglecto albreti imperio ad primū ꝯflictū fugę perpetuo se dedecore cōmiserunt. Anglus aūt explorato francorū statu: cum eos negligēter agere: quosdā ad ignē (velut frigētes) torpere (id eñ sub extremo octobri mense gerebat̄) alios p agrū palantes equos curare: & ad pascēdū ducere quasi hostem tam ꝓpinquū parui ęstimaret ipse in icōpositos signo dato repente suos educit. Mox atroci cōmisso ꝓlio: cecidere frācorū milia quattuor genere illustri. Angloꝝ q̄dringēti cū duce eboracēsi hērici fratre. In hostis potestatē viui venere aurelianus & borbonius duces: Comites deu: vindocinēsis & richemōt⁹ cū boussicaudo marescallo. Quos in angliā hēricus captiuos duxit. Prelio nō affuit dux britonū licet librarū centū milia ad stipēdiū militū a rege cū ciuitate macloniensi accepisset: donatus insup esset aureo equo cuius frenū sellaqꝫ gēmis plurimis atqꝫ ꝓciosis ornata erant. Eius equi preciū quinquaginta miliū aureorum fuit. Blangiana clade affectus rex francus: armygniacū comitē conestabilē instituit hoiem potentē atqꝫ armis strenuū. Qui armygniacēsiū copiis instructus: ad regē confestim venit. Per eosdem dies iohēs burgūdorū dux contracto exercitu cū trecas accessisset missis ad euꝫ reginaldo dēgeno & iohāne malestreto briociepo: offert carolus pi

cardię administrationē si in anglos bellū gerere nō recuset His respōdet se ꝓpterea venisse vt regē dalphinūq; generū suū ꝯueniat. Reuertētib⁹ nūciis rex cū hoiem armatuꝫ ad se admittere nollet līas illico ad vicinas vrbes dat: ne burgundū accipiāt. Latiniaci tm̄ q ad sequanam parisiēsis agri sunt ducem & exercitū intra oppidū admiserūt vbi ab idibus nouēbribus vsq; martii nonas hibernauit. Interim circiter dominicū natalē Dalphinus obiit mortem: tumulo apud diuā Mariā Parisiensem imposit⁹. Defuncto dalphino armygniacus & tāguidus de castro Parisian⁹ pretor ciuitatis custodię designātur & Carolus pōtiuiaci comes regis filius præfectus parisiorū quē capitaneū appellāt institutus: missis ad hannonię comitē oratoribus vt caroluꝫ q Dalphinus iam esset & cuius curā gerebat ad prefecturam obeundā parisiū deduceret mō burgūdus absit q rerū administrationē magnope affectabat. Tradūt hystorici sigismundū alemanię impatorē eodeꝫ anno q fuit dn̄i quadringentesimus desimussextus supra millesimū ad carolū deinde ad henricū ꝯciliande pacis causa incassum venisse. Quo tpe apud valemontē armygniac⁹ cū vicecomite narbonensi anglos fugauit: quadringentis occisis. Fugienteꝫ dorseti comitē hērici patruelē: dū marescallus lōguyacus incautius persequit̄: ducētos ex suis e conspectu arflei amisit. Sigismūdus cū in anglia esset: venere ad henricū nūtii de suorū apud valemontē cede. Eapropter aīo ęger atq; idignabundus: impatorem de pace non audiuit. Interi male a francis aduersus anglos nauali bello ad seq̄nę ostia pugnatū est: duce vicecomite Narbonēsi & mōtenaio. Ei⁹ incōmodi causa in piquetū de haya & riueriū bouligmuꝫ referēt: q cū instruēdę classi: & soluēdis militū stipēdiis prępositi essent: segniter agētes: nec militē nauibus imposuerāt: nec a terra aliquot onerarias naues subduxerāt: cū i cōspectu hostis apparuit. A rothomagis insup seditio surrexit: occisoq; raolo gaucurto ciuitatis pretore: arcē ciues cir

consederant: cuius præfectus erat iohãnes borbonius pratelli dominus. Erat eo tpe Andegauiæ dalphin⁹ ad curandũ funus soceri sui siciliæ regis q rothomagensiũ3 defectione cognita: carnutũ se contulit: vbi nuntium accepit: Burgundos sanctũ florentinũ3 obsedisse. Igit aduersus illos Guidonẽ torseyum cũ octingentis equitib⁹ & balistariis mille confestim mittit. Occupauerant iã oppidũ burgundi: oppidanis se illis sponte dedentibus. Propterea franci imposito arci firmissimo præsidio discesserunt. Rothomagenses aũt cognito dalphini aduentu: demissiores effecti: seditionis culpã in milites trãsferebãt a quib⁹ quottidianis affecti essent iniuriis. Admissis rothomagensium excusationib⁹: dalphin⁹ eis veniã3 dat: instituto daumallo comite qui ciuitati atq3 arci præsideret. Intera dũ rothomagi hęc a dalphino geruntur: angli ad touquã q̃ validissima est in normannia arx: castris positis: eam timide segniterq3 ab iis qui intus erant defensam capiunt. Et burgũdus eodem tempore nũtiabatur Parisium cum ingenti exercitu aduentare. Inter hęc dubius dalphinus cui potissimum occurreret: decreuit parisium proficisci. Vix ciuitatem intrauerat ecce burgundus vãuis: & apud burgũ reginę castra facit. Armygniacus autem & qui cum eo Parisii erant quottidianis illum eruptionibus lacescẽtes: damnificantesq3 castra mutare coegerunt. Propterea ad montẽ lericum mouens castellum certis conditionibus recepit. Inde in vastinium contendens. cum pussiacum frustra obsideret: carnutum copias mouit quam sciebat a dalphino recenter defecisse. Angli præterea cadomu3 fallesiã baiocas & sanctum laudum subiugant. Nec stetit in fide coniugali regina: cãm sumẽs: q a dalphino atq3 armygniaco dãnis iniuriisq3 offensa fuisset. Nã cũ grandẽ pecuniã diuersis tẽplis seruandã credidisset: cancellario ei⁹ & guillermo cãteo & iohãne picardo scriba thesau℞ pdẽtib⁹ armygniac⁹: & puinciæ præses Iohẽs Iouuet⁹ ea sibi rapuerant.

Touqua arx ab anglis capit

His causis excita mulier burgundum ex carnoto accersit. Qui festinātissimis itinerib⁹ ad regem ꝓfect⁹ a turonēsib⁹ recipit: captis thesauri ꝓditorib⁹ q̄ multa se pecunia rede merūt. Et cū iohānes vinonetus arci p̄esset eā nulla vi impulsus burgūdo ꝑmisit. Mox ꝑ turonorū loca dispositis p̄sidiis: reginā cū filia ei⁹ katherina carnotū adduxit. Inde ioingny se cōtulit. Quem ad yonem amnē vsq; cū sexcentis supra mille equitib⁹ ꝓsecutus armigniacus: quia increscente ymbribus amnē transmittere nō poterat retro conuersus est. Senonēses tunc t̄pis burgundorū partes secuti a rege defecerāt. eā ob rem Parisiani duce tanguido eorum p̄tore ciuitatē illoꝝ obsident. Qui circūsessione arctati: cū de deditiōe faciēda obsides dedissent: audiētes subsidium illis a burgūdia venire deditionē ad obsidū perniciē omiserunt. Nam eorū obsidibus capita securi ꝑcussa sunt. In linguā occitanā ꝑ id t̄epus auraicensis princeps burgūdę factiōis opinatissim⁹ sectator: expeditionē desumpsit. In quem dū aruerni viuarienses q; arma parāt: ip̄e magnā regionis partē occupat: pręter villānouā & bellocarū.

Auraicensis princeps.

419 Anno deinde christianę Millesimoquadrigētesimo decimo octauo mense mayo: iohēs villeri⁹ isulæ adę dñs: trecētis bellacib⁹ atq; sanguinariis satellitib⁹ stipatus noctu parisiū īgreditur patefaciente ciuitatis portā perreneto clerico fabro ferrario: q̄ patri clauē ciuitatis sustulerat. Iāq; ad mediā ciuitatē nullo ꝑcipiente ꝑuenerat cū suos clamare pacem & salutē burgūdo villerius iubet. Ad pacis nomen ii q̄ burgūdę factiōis erāt excitati: andreana ꝓtin⁹ cruce desumpta (id. n. erat ei⁹ factionis signū) villerio se adiungūt Aurelianorū vero partiū studiosi: abditis locis vtcūq; melius poterāt se credebāt. Ea ꝑsecutione cognita dalphinus & qui cū eo erāt in sancti Antonii ꝓpugnaculū se recipiūt Erant aūt cū Iohāne villerio veteres regii officiales & ministri q̄ magistratu fuerāt amoti; q̄ ad regē cū villerio venientes: inouata cū eo familiaritate atq; beniuolētia: hoīez mē

Iohānis villerij crudelitas.

tis impotẽ equo impositũ per vrbem circũduxerũt ad populi fauorem sibi conciliandũ. Nec mora in omnes quos sibi hostes esse arbitrarent̃ deseuiunt. Atq; imprimis armigniacũ: Henricũ de marla francię cancellariũ: comitez de grandiprato: & q̃plurimos varię dignitatis & potentiæ hoĩes quos in custodia diuerso carcere distinebãt: interimunt. Nam misso ad eos lictore: cũ perditis hominibus qui ex agris ad eos defluxerant: eos e fenestris vel pinis p̃cipites in pauimentũ desilire compellebãt: iohãne burgundo parisii agente. Auctorib⁹ quoq; quē dixi villerio: iohãne lucẽburgo: Carolo de lens/ claudio castello: & Guidone barrensi. Interemptorũ per hanc tyrannidez numerus miliũ quattuor fuisse relatũ est. Causa necis satis erat alterne miserationis signũ: aut si q̃s sua perdidisse quereret̃. Naz qui regis erãt armygniaci/ qui burgũdi: burgũdiones per ignominiã appellabant̃. Dalphinus aũt cũ ex ꝓpugnaculo sancti antonii meldunũ puenisset: accitis belli prefectis: petrus de rieux marescallus frãcus & barbazan⁹ compluresq; alii armatorũ ductores ad eũ ꝓfecti sunt. Quib⁹ cũ ꝓpugnaculũ antonianũ repetens: tẽtat parisios recuperare. Progressi itaq; p sancti antonii militarem viam iaz ad bauderii portũ venerant: cũ domos ciuiũ ingredientes p̃das agere milites ceperũt. Quãobrẽ irritatis in se ciuibus cœpto destiterũt. Et dalphinus spe recuperandę vrbis deposita/ meldunũ rediit. cõmittitq; tanguido campanię & brię finitimarũq; vrbiũ administrationẽ. Instituit quoq; linguę occitanę rectorẽ comitẽ fuxi. Qui magistratu adepto nihil moratus: cõtractis copiis auraicẽsem regiõe ad nymatẽsem vsq; vrbẽ & sancti sp̃us pontẽ extrudit. Interi dalphinus in turonos ꝓgrediens ciuitatem recepit: ciuibus nullo damno affectis. Prẹerat per hos dies conciaco castro petrus de santatrila vasco/ centũ equites habens Quem ancilla quam sibi seruientem domi habebat hosti (vt protenus dicam) prodit. Erat in vinculis homo ãcillæ

Cedes.

Insolens miles.

Proditio ab ãcilla.

notus: eadem qua mulier patria oriundus. Hæc cum ad captiuū iterdum verba faceret: Captiuus fidem iterponit si se liberaret: eam in vxorē acceptturū. Ancilla spe nuptiarum ducta: sub puluinari quiescentis domini claues arcis noctu surripit. Et carcere recluso victisq; emissis: illi ad pręfecti cubiculum irrumpētes hominem iugulāt: atq; oppibus direptis arce potiūtur accersito festināter iohāne lucēburgo: qui in viromādia agebat. Illucescente sole petri milites solitudinem arcis e ꝓximo vico admirātes: inscensis equis pars mōtem acutum/ pars guysam in terrascia petiuere: duos præficiētes sibi belli duces: stephanū vignoluꝫ qui & hyrus appellat⁹ est: & Potonē de santatrila armis ꝑ omnem ætatem instructos & apprime belli peritos. Qui mox in agrum Suessionū ducentes cum equitib⁹ quadraginta tantū lōgauallum quadringētis militib⁹ superbum fundunt. Eadem quoq; fortuna vsi Hectorem sauensum mille armatorum ductorem in territorio Laudunēsi superauere. Pōtisaram frāci per id tempus ex anglorum subiectione funib⁹ in muros scādentes noctu recuperarunt.

Henricus autem anglię rex: primo vere insequētis anni: q erat christiane salutis Millesimus quadringētesimus decimusnonus Rothomagū circūducto milite obsedit: occasione accepta: ex ciuiū seditione qui pręfectum suum daumalū comitem cum multa normānorum nobilitate ciuitate expulerant: admissis burgūdis cum duce eorum Guidone boutilerio. Septem totos menses anglus obsidionē cōtinuauit. nihil omittens quod ad expugnationem pertineret. Nec minus cōstāter obsessi resistebant. ita vt commeatus pœnuria tabescentes murib⁹ vescerētur sperantes vel burgūdorum vel dalphini subsidio ꝓpe diem iuuari Sed neuter opem tulit. Nam burgūdus neglexit. Dalphinus autem adolescens occupātibus anglis sequanę amnis adit⁹: suppetias mittere nō potuit: & erat illi aliūde aduersus iohannem burgūdum sollicitum negociuꝫ cui copiis

hyrus

Pōtisara recupata.

rothomagus obsessa

nõ satis põtens existere nequibat. Igitur deserti auxilio rothomagenses in hostis potestatem venere. Interea Burgũdus diu varius aĩo: anglorũ ne an dalphini amicitiã sibi cõpararet tandẽ dalphini partes sequi cõstituit: hortantib⁹ maxime philippo iosquino & iohãne tolõguo cum nobili fœmina dña de grat. Est oppidũ cũ arce vbi amnis yona sequanã influit: cui monsteriolũ nomen est: pontem ad vtrãq; fluminis ripam habẽs cũ sublicio tabulato quod in portę formã ꝓ rerũ & tẽporũ cõditione sublatũ viam ꝑcludit itrare vel egredi oppido volentib⁹. In eo loco dies principũ cõuentioni dict⁹ est. Cõgressuris principib⁹/ne ab aulicis alteralteri⁹ pricipis tumult⁹ oriret. placuit tabulatũ erigi atq; obfirmari: & ad põtis caput oppidũ versũs ex tignis & sublicis tabernaculũ extrui in quod cũ singulis principib⁹ dalphino atq; burgũdo decẽ delecti ꝓceres tñ introirẽt. Cõuentu inito: cũ hinc atq; hinc multa de ꝑteritis iiuriis refricarent: subito excandẽs vn⁹ q cũ dalphino aderat: iohẽm burgũdũ necat. Hic fuisse credit⁹ est tãguydus de castro aureliani ducis qui parisii iperãte burgũdo interẽpt⁹ est maxime olim familiaris. Eius necis auctorẽ fuisse carolũ dalphinũ q̃uis nonnulli putauerint: adolescẽtis tñ inocentia hinc cõiectari põt: q; ad cędẽ expauit: faciẽ a ꝑcussorib⁹ auertẽs neq; ętas hoc suspicari ꝑmittit/ quã mãsuetã egit semꝑ & clemẽtẽ. Iohãne necato Philipp⁹ ei⁹ fili⁹ q parisii agebat anglis se ꝯiũgit. Carolũq; regẽ cũ regina & katherina filia quos in ꝑtãte pater viuens habebat Hẽrico anglo tradit: parisios quoq; briã campaniã atq; burgundiã adiũgit. Quib⁹ auct⁹ hẽricus Katherinã Caroli filiã Trecis vxorẽ accepit: nõ reclamãte populo q spem acceperat libertatis cũ tot potẽtes ad pacẽ cõiunctos principes videret. Facile siquidẽ popul⁹ fidẽ constantiãq; ꝓposita sibi libertate cõmutat. Dalphinus dũ hæc agũtur in linguam se occitanam cõfert: vbi recepto vi põte sancti spiritus: & Nymatensi vrbe recepta: comitem Fu-

Burgũdi ducis cædes.

Hẽric⁹ angl⁹ katherinã caroli filiã duxit vxorẽ⁹

xi magistratu admouet instituto in ei⁹ locum Carolo bor bonio claromōtensi comite. Qui biterras a fuxensibus oc cupatas mox obsedit cepitq;. Dalphinus autem his ge stis ad bituriges turonosq; festin⁹ accessit. Henricus ve ro ex trecensibus senones adoritur: scotorum regē quem captiuum habebat secū ducens ratus scotos qui auxiliares dalphino venerāt: captiui regis fortunā miseraturos & cū eo in scotiā reuersuros. Sed illi parui habito rege: dalphi num secuti sūt. Subiugatis senonib⁹: moretū monsterio lūq; capit. Inde meldunū circūcingēs latus oppidi quod ad siluam respicit anglus obsidet. Alterū vbi est diui petri templū burgūdi tenuerūt. In præsidio erat Barbasan⁹ qui meldunum egregię tuebatur: qui tādem frumēti copia de fectus: dedere se anglorū potestati cōpulsus est. Libertate inde abeūdi omnib⁹ ꝓposita: præter eos qui iohānis bur gūdi necis cōscii haberētur. Oppido recepto: quos voluit reos hēricus deprehēdit: & i primis barbasanū & aliquot militū præfectos: cū alicuius nominis & potentię incolis quos parisiū in custodiā misit. Meldā quoq; paulo post anglus circūuallat & suppetias obsessis ferentem dauphe montum dum in ciuitatē irrumpere festinat/ capit. Despe rato subsidio: obsessi cum dissidiū inter se cōcitassent: de ditionē faciūt: data potestate militib⁹ abeūdi: præter q̄ no tho de vauru eiusq; vicario: quos Henricus ad arborem vl mum q̄ in via militari Parisiū versus procera erat: suspen dere iussit. Paucis post diebus ipse cum vxore in Angli am traiecit. vbi pręgnās regina henricū peperit. Quo tp̄e comes de pointieure britonū ducē captū in custodia ser uauit. Et clarētię dux hērici frater ex normannia Ande gauiā cū valida armatorū phalange ꝓfectus: castra apud bellifortū metatus est. Qui ex scotis frumētatorib⁹ captis cognito interprandendū: q apud Baugeū franci cū scotis in armis essent: a cōuiuio surgens Adoriamur inqt illos i nostra sunt potestate. Nec pedites vlli sȝ equites tm̄ nos co

Meldunū capitur.

Meldis capitur.

Hēric⁹ ex Catheria nascitur.

mitent. Progredientib⁹ anglis ad vicū cui paru⁹ baugi⁹ vocabulū est: Iohēm de cruce strennuū equitē gallū offēdūt. Qui ꝓspecto hoste raptim cū suis templū ingressus: offirmatis in hostē portis in turrim ecclię ꝓscendit. Vbi dū frustra clarentiæ dux sedet: reliquos inuadere francos approperat. Præcedebat aciē dux sup galeā sertū aureū gemmis honestatū portās. Quē in se irruentem franci inter primos necant. & cū eo cōplures proceres anglos. Captis comitibus hantitono & sombresseto: necnō thoma beaufor ti sombresseti fratre: reliqui fuga dilapsi sūt. Qui cœnomanum petentes cū effractum pōtē cōperissent: desumptis candidis francorum more crucibus se Francos simulātes: Ruricolas pōtem īstaurare cōpellūt: quos trāsmisso pōte ꝓten⁹ trucidarunt. seq; in normāniā cōtulere. Interim dalphin⁹ ex Pictauis turonū veniēs: comitē bouscaudum scotū conestabilē creat: & aduersus burgūdos ducēs montēmiraldū gallardonēq; ī cœnomānia capit. Cęterū Henric⁹ ex āglia (accepta fratris sui clarētię ducis morte) maiorib⁹ copiis eductis: druydes. i. drocas capit: & deinceps vidocinas adorsus: baugentium ꝓtēdit. Sed cū ad vada ligeris castris positis anglū trāsitu frāci ꝓhibent: Henricus commeatu destitutus: secūdum ligerim iter faciens in belsiam exercitum ducit hortēsibus herbis atq; holeribus tm̄ vitā sustentantē. In ea regiōe reugemontē a se captum īcendit: supplicio affecto cum suis cōmilitonib⁹ arcis ꝓfecto. Post hæc ad villam nouā quę ad amnē yonā sita est cōtendens oppidū vi occupat: atq; inde vindocinas versus se conuertens: fame pestilētiaq; vexatus: quattuor ex suis milia amisit: auium ferarūq; pabula: quę per agros scilicet inhumata iacuerūt. His ipsis diebus iohānes forestan⁹ rochebaronis dominus: burgūdę factionis aruernos ductis in eos copiis variis incursionibus vexauit. Verū cōplures aruerni proceres ex anicio duce Carolo perdriaci comite in hostem ꝓgressi sunt. quos vbi veniētes ad se hostes ꝓspiciūt:

Clarentię dux occiditur.

Seruereta oppidũ capitur a francis. in oppidum quod seruerretam incolę vocant se cõferunt. Frãci autem nichil cunctati proxime oppidum castra metantur. Interim castris egressus sagittarius quidam molendinum quod iuxta erat petit: quippiã prædę sperans. Nec diu moratus molẽdino ignem intulit: quo mox oppido conflagrante: burgundi partim ad perdriaci comitem & francos: veniam petentes confugerunt: partim cũ forestano per mõtana rochebaronẽ petiuere. Quos persecuti franci rochebaronem & alias quæ forestani arces erant receperunt. Conenses autẽ qui legerim accolunt cum a francis obsiderentur: de oppido dedendo obsides tradiderũt: si intra constitutũ diem subsidio nõ iuuarentur. Henricus opem conensibus laturus morbo (quẽ Fiacrii esse vulgus credit) corbolii decumbens: nõ multis post diebus defunctus est. At nichilominus bethforti dux conẽsibus suppetias tulit: & franci acceptos obsides restituerunt. Ex conensibus bethfortus dum bituriges adoriri contendit: audita henrici morte: cœptis desistens in angliam: Burgundi in burgũdiam redierunt. Inter hæc belli incommoda Carolus rex vltima naturę persoluit: apud sanctum dyonisium sepultus. Anno salutis Millesimo quadringẽtesimo vigesimo secũdo. quo etiã anno Henricus mortẽ obierat.

Henricus moritur.

Caroli sexti mors.

1422

¶ Eiusdem compendii Liber decimus.



Rium proxime pręcedentiũ regũ fortuna: aduersitatis quidẽ atq; miseratiõis plena fuit. Sed queadmodũ solidũ & vegetũ corpus malę valitudinis nõ pfestim sentit incõmoda: ita supioris tpis locuples & diuitiarũ oppletꝰ populꝰ tolerandis aduersitatibus primũ sufficiens: frequẽtia tandẽ calamitatũ attritus tabescere & quasi obstupescere cœpit. Naꝫ toto regno hinc a bungundionibꝰ: inde ab anglis mox ab his q se rebus consulere dicebant ita tumultuabat̃: vt dicere difficile esset: hostis ne: an francus plus dãni miserabili populo im

portaret. Eo quoq fortunę iniqtas pcessit: vt carolo eius tpis regi: de quo scribere incipio bituriges tm̄ parerent: & biturigensis rex ipe ab hostibus vocaret. Quę em̄ militum cohortes & præfecti: sparsis locis arces & aliquot loca tenebāt: nullo stipēdio sustentati: sicut ab hoste cū poterant rapiebant: ita ab amico atq obtēperante pro eoru libidine auferebāt. Per has igit malorū oim tempestates carolus caroli sexti filius rex appellatus est. Hēricus præterea (patre henrico defuncto) regium francię nomē vsurpabat: frācię angliecq se regē publicis priuatisq litteris: & forensi sigillo monetaq quā nouā cudit appellās. Itaq cum ex vetustissima edouardi tertii querela: tum ex ea quam nūc dicā causa franciæ regnum Hēricus vēdicare se iactabat. Nam dux katherina Caroli sexti filia Hērico huius Hērici patri nubit. Hę matrimonio leges authore philippo burgūdo dictę sunt. Si præ Henrico vita defungeretur Carolus: frācię regnum Hēricus adiret. Sin cōtra: & ex hērico virilis proles superstes foret: Carolo deficiēte: Henrici filius franciæ principatū adipisceretur. Nulla de carolo cuius nūc gesta scribere aggredimur legitimo lic herede mētione habita: tanq ad eū nulla regni portio attineret. Itaq in regia & primaria francorū ciuitate mortuo patre Hērico Hēricus ipe tēporaria ambitiōe superbiēs qq in anglia vnū annū agēs educaretur: regia appellatione atq administratiōe vsus ē: hebetis quidem igenii nec satis ad regiā maiestatē idonei. Cui tametsi illustre exordiū fortuna pcessit: deseruit tamē & vtroq tādem regno extrusum misera seruitute senescentē affecit. Ad primas hērici gloriolas & fast⁹ carol⁹ intētiore aio nixuq erectus: armis ius tueri: & hostē extrudere regno tētauit victis aliquādo: atq iterdū vincētib⁹ frācis. Nusq tm̄ p eos dies totis copiis pugnatū est. Sed vt casu se milites offendebāt occasiōe captata: repētina plia pmittebāt. Est. n. miles frāc⁹ ad subitaneos casus audax & prōpt⁹ & pleruq foelix. In diu meditatis min⁹ feruēs & raro bene

Bituriges rex.

Carol⁹ septim⁹ rex.

Hēric⁹ anglus pseudo rex.

fortunatus. Igitur illud miserabile fuit quod salseberiẽsi & sufforto anglis comitib⁹ dum crauantũ obsident cõmissum est. Vbi dũ boucati⁹ conestabilis & almaricus seueracus senescallus a carolo missi liberare obsessos magnis viribus cõtẽdunt duob⁹ ex suis milibus occisis ipse conestabilis viu⁹ capitur. Quo fere tempore aliud cõtraria admodũ sorte a iohãne haricurto comite daumallo apud brossimerã aduersus ãglos q̃si ludẽte fortuna gestũ memorat. Ex normãnia duce thoma poullo/angli ꝓfecti: incursionibus per andegauẽsem cœnomanũq; agrum factis: cum apud segreyum castrũ aliquot dies castra habuissent obsidib⁹ acceptis: captiuisq; abductis & abactis pecorib⁹: normãniam repetere cõstituerũt. In eo igitur viculo instructa acie se sistẽs daumalus hostẽ expectat: premissis octoginta equitib⁹: duce Ambrosio deloro & ludouico tromargo: qui hostis aduentũ explorarent. Quẽ vbi conspexere animosi in eũ feruntur. Sed qui in prima fronte angli pedites incedebant: singuli singulos p̃acutos sibi palos veteri suo more prestituũt. Quare frãci equites a pedite anglo sensim diuertẽtes in postremã aciem incurrũt. ita vt turbatis ordinibus peditẽ anglũ simul cũ equitibus pugnare coegerint. Interim aduenies cum suis daumallus: preliũ acerrime cõmittit fuditq; hostẽ recuperatis obsidibus atq; captiuis cũ milibus boum duodecim. Ex anglis eo prelio quadringẽti supra mille ceciderunt preter eos qui fugiẽtes necati sũt.

Franci superant.

Haricurtus ãglos vincit.

Ex francis eques vnus auratus iohannes ruffus cũ aliis paucis desiderat⁹ est. Ex anglorũ toto numero centuꝫ omnino euasere. Capto in fuga thoma poullo & thoma clitone. Victoria potit⁹ daumallus in normãniaꝫ per abrincas ad sanctum laudũ vsq; progressus: tandẽ in cœnomãniaꝫ reuersus est: præda onustus & gloria clarus. Ped id tempus salseberiẽsis comes anglus sedanã brię oppidũ circũsedit & expugnauit: occisis inter oppugnãdũ quadraginta francis cum eoruꝫ prefecto guillermo marino: & totidem

Sedana ab anglis capitur.

imperio comitis furcis suspensis. In normannia vero cum sancti Michaelis montem qui in estuario maris est britanniam versus anglus circumuallaret turriculis ex materia ad militis stationem per montis ambitũ extructis: magnisq; nauibus & milite & cõmeatu instructis: ne qd ad obsessos importari posset mirabili rerum poenuria incolas affecit. Donec cõparata apud sanctũ malum classe: bellisforus britonũ admiraldus anglos inuadere foeliciter tẽtauit. Nã ita nauali prælio superior extitit: vt anglis copioso numero occisis obsidionẽ dissoluerit. Ab obsidione dimoti angli: ardonẽ tribus passuum milib⁹ a mõte distantẽ fugientes: in eo loco ꝓpugnaculũ quod bastildam vulgus appellat extruũt. Ex quo in arenas frequẽtes ꝓgressi leuia cũ iis qui in præsidio apud sanctũ Michaelẽ erãt prælia ꝓmittebãt: donec iohãnes cõlonceus normãnus eques (sicut inter eũ et Michaelianos ꝓuenerat) statuto die adueniẽs: repertos in arena anglos ad ducẽtos occidit. Capto Nicolao bourdeto anglo opulẽto hoie. Venit eodẽ tempore rupellã comes glascueñ. scotus quinq; armatorum milia ducẽs vt Carolo regi auxiliaris esset. Quem rex beniuolo affectu & multo honore suscepit. Dux autẽ bethfort⁹ quẽ franciẽ regentẽ anglicana factio appellabat yuerũ normãniẽ arcẽ obsidẽs: postq̃ menses tres in negocio pseuerat: Giraudũ loci præfectũ eo necessitatis ꝑducit: vt intra definitũ diem si sibi nõ auxiliarenť frãci arcẽ dederet. Quod cũ Giraud⁹ regi per caduceatorẽ nũciasset: Carolus ex turonis Iohannem alẽconii ducem deputat qui vna cũ comite glascueñ. comite boucano: comite daumallo: & vicecomite Narbonensi bethsortũ ab yuero propulsaret. Illi per carnutes magnis copiis iter facientes certi facti sunt Giraudum arcẽ bethforto dedidisse. diuersi igiť ab yuero: Vernoliũ quã anglus tenebat capiũt quæ cũ ad alẽconii ducis ius ptineret: eã duci restituũt. Ibi dũ de futuro bello gerẽdo consultant: bethsortus in eos mouere nũciatur. Fuere qui prẽliũ

Mõs scti michaelis obsidet.

Pugna apud vernolium.

detrectarent: superiorum incommodorũ non obliti: quę & apud creciacũ & deinde apud blangiuȝ franci accepissent. Alii quibus odiosus erat anglorũ principatus pręliũ suadebant: dedecori illis atq; timori datuȝ iri: si in pximo habẽtes hostẽ pugna abstinerẽt. Nã si nullo cõmisso prælio inde abeãt: fugę similẽ discessum eorũ esse. Vicit sententia hęc: quæ infœlicẽ habuit exitũ. Egressi vernolio franci: in proximo agro acies instruũt. Et vtriq; cornu equitat⁹ partem distribuũt. Bethfortus interim ordinato agmine incedens: mox vbi in conspectu astitit: franci præliũ cõserunt.

Lombardi equites numero quadringẽti quib⁹ mandatum erat in primã hostiũ aciem irrũpere cũ primos in frõte obuios fudissent prędę auidi ad diripiẽda castra magis q̃ ad feriẽdum hostẽ operã nauauerũt. Qui autẽ alteri cornu præerant equites frãci cũ se in primã sagittariorũ frontem intulissent: anglos fundunt/ dissipãt/ occidũtq;. ita vt facile hostis existimaret victoriã penes frãcos eẽ. Sed bethfortus suos reuocãs & fortiter pugnare cohortat⁹: præliũ instaurat francosq; euincit. Ex quib⁹ cecidere glascuẽsis comes cũ filio iameto: Comes boucan⁹: daumallus:: vicecomes narbonẽsis: comes vẽtadorus: grauilla: belsautus: Carolus bon⁹/ antoni⁹ cahorsus malicorn⁹: guillerm⁹ de pasude: alii pręterea ad numerũ quinq; milium. Capti fuere Alẽconi⁹ dux & eius nothus: & traietan⁹ frãcię mareschallus. Potiti victoria angli vernoliũ recipiũt: dimissis libere francis qui oppidũ tenebãt. Salberiẽsis post hęc comes collectis copiis dum cœnomanũ eius obsidẽdę cã pergit: Guillerm⁹ porcus eques ex isidiis quas nõ procul a sagio posuerat: in anglos insiliens cõplures nullo suo dãno interemit & cepit. Nichilo tamẽ segnius salberiensis pręteriẽs cœnomanũ duxit: quã tormẽtis labefactã tãdẽ subiugat: data frãcis abeũdi potestate: cũ ei mille quingẽtos aureos persoluissent. Mouit inde ad sanctaȝ susannã eiusdẽ regionis validũ oppiduȝ. Cui ambrosi⁹ delorus pfect⁹ erat.

Cenomanũ capit.

Dura obsidio fuit: quippe que & anglorũ cõtinua oppu-
gnatione & francorũ virili defensione vulnerũ & mortis
plena extitit. Habebat anglus tormẽta nouẽ: quas bõbar-
das dicũt quibꝰ oppidi muros cõtinẽter quatiebat: ita vt
paucis diebus tantũ muri deiecerit quãtum arcu emitti sa-
gitta potest. Igitur cõpulsus necessitate delorus deditionẽ
fecit: duobus scutorum milibꝰ ꝓ sua suorũq; libertate ho-
sti p̃soluit. Cepit preterea salseberiẽsis arcẽ menã cui inhes
nomẽ incole dicunt: cepit & feritatẽ bernardi quarto mẽse
postq̃ eam circũsedisset. Liberatꝰ eodẽ tẽpore ex anglo-
rum potestate arturus richemõtus comes britonũ ducis
frater: ad carolũ qui andegauis agebat ex anglia venit: & sa-
lutãdi regis & ei obsequẽdi causa. Quẽ perbenigne carolus
habuit: eũq; conestabilatꝰ dignitate affecit mortuo in ver-
noliana pugna boucano q̃ eũdẽ magistratũ gesserat. Pau-
cis post diebꝰ exactis angli cũ sanctã iamã dirutũ olim op
pidum & britonibꝰ finitimũ instaurassent / posito illic ro-
bustissimo ex suis præsidio: arturus conestabilis collectis
viginti hominũ milibꝰ: sanctam iamã circũsidere pergit.
Dum autẽ quattuor totas horas ĩ oppugnatiõe cõsumit:
Angli per posticũ quod ad lacũ oppido proximũ est eru-
ptione facta: eius partis insultores partim pellunt partim
interimũt: alios in ipso lacu mersos extingũt. Igitur omis-
sa oppugnatione cũ in castra frãci reuertissent: exorto me-
dia nocte tumultu: oẽs desertis castris tormẽtisq; reclamã-
te arturo in sua quisq; remeãt. In andegauiam tñ non mul
to post ducẽs guellerãdũ cepit. Cõtra vero angli remefor-
tum arcẽ cenomanẽsibꝰ abstulerũt. Quã paucis post die-
bus sableyus prefectꝰ & belmanorius adiutore ambrosio
deloro vi receperũt & deinde malicornũ. Hos inter euẽtꝰ
guyonꝰ cũ cẽtũ eqtibꝰ frãcis ex sableyo ꝓfectꝰ via militari
quæ a cenomania alenconiũ ducit guillermũ hodehalũ
vigiti eqtibꝰ anglis stipatũ obuiũ forte habet. in quos dũ
ꝓtenꝰ irruere guyonus festinat angli ex equis desiliẽtes ad

Arturus richemõtus ex anglia liberatꝰ conestabilis a carolo cõstituitur.

uersus hostē virili se audacia instruūt: atq3 ita tuent: vt sua to ordine & loco preliātes: cōplures ex francis cōfoderit/ & aliquot captiuos/ recipiētib⁹ se cœnomaniā francis abduxerint. Ad hūc modū cōposita & sibi cōstans virt⁹ gloriabundā stultāq3 interdū temeritatē exupat. Quo tpe gyacus inter regis ↄsiliarios primarius delat⁹ q̄ regis fiscū thesaurosq3 ad suos vsus magis q̄ reipublicę vtilitatē dispē saret: arturi iussu capit & in ↄfluento demergitur. Obsidentibus p eos dies mōtisargū anglis: oppidūq3 pseueranti oppugnatiōe premētib⁹: mittit arturus ad obsidionem soluendā: equites armatos grauillā & gaucurtū stephanū q3 vignolū hyrū. Hi accepta forti militū manu: dū ad mōtisargū puenere: effractis munitiōib⁹ quib⁹ se hostis circūsepserat plurimis occisis Anglos fugant. Nō dissimili fortuna apud ambrieras pugnauit ambrosius delorus aduersus henricū blancū anglū: ducentis supra mille armatis stipatū cū ipe delorus centū tm̄ & sexaginta eqtes haberet.

Gyacus thesaurari⁹ demergitur.

Eadē tēpestate alenconii dux q apud vernoliū capt⁹ fuerat ex anglia liberat⁹ est: solutis ob redēptionē eius ducēti aureorū milib⁹ q̄ partim presto impendit: datis pro his q̄ dissoluēda restaret obsidib⁹. Inter hęc cœnomanēses āglorū principatū perosi: aliquot præfectis francis accitus eos in ciuitatē clam admittūt: comite doruallo atq3 albreto negociū gerentibus. Hostes cognito francorū ingressu i turrem (cui orbē dellę nomē est) iuxta sancti vincentii portaz ↄpere se recipiūt: mittētes festināter ad Tallebotū q Alēconiū tenebat: vt suppētias illis ferat. dū spes extabat recuperandę ciuitatis. Tallebotus cui paratę in armis copiæ erāt audito suorū periculo magnis itinerib⁹ cœnomannos petit. At franci quasi securi rerū suarū: in diuersoriis delicate se curantes quid hostis molireī parū aduertebant. Itaq3 veniens tallebot⁹ & a suis recept⁹ p eā quā ipi occupabāt portā ciuitatē inuadit recepitq3: exturbatis francis & iis q deditionis causa fuerant ciuib⁹ supplicio affectis. Nec diu mo-

Alēconii dux de captiuitate redit.

Frāci negligentes

trigesimoquīto Attrebati pacis tractatores consedere. Im primis affuit cardinalis sanctę crucis roman⁹ legatus ordine cartusiensis Nicolaus noīe: cardinalis ciprius: quos epī sex comitabantur: & abbas veselaus. Caroli oratores fuere borbonioꝝ dux: comes richemont⁹ conestabilis: remorū archipsul cancellari⁹: vindocinensis comes regii hospitii primari⁹ magister: Christoforus haricurtus. Adam de cambray parlamēteī senatus primari⁹ pses. Guillerm⁹ quadrigari⁹ parlamēteus cōsul ecclię parisiensis decan⁹ & alii permulti ex francorū nobilitate non obscuri. Nec defuere britonū ducis alenconiiq; & barri oratores. Anglorū legationis hi pricipes cōuenerunt. Cardinalis vicestrēsis. Eboracensis archieps. Comites Hontitonus & suffort⁹ & non nulli ex dignitate ecclīastica viri cū pmultis anglię nobilibus. Burgundionū ducis hi primores fuisse tradunť. Leodius cameracensiū & attrebatensiū antistites: Nicola⁹ raulinus ducis cancellari⁹: gheldrensis: stampēsis: sancti pauli: vandemōtensis: niuernēsisq; comites: & alii iferioris nominis pceres quorū frequēs numerus erat: pter flandrensiū oratores. Cōsidentib⁹ pacis gr̄a cuiusq; partis legatis tametsi sanctę crucis cardinalis: plurimū eniterer irritatos pteritis bellis aīos ad ꝯcordiā paceq; pducere nulla ratiōe angloꝝ ptinaciā flectere potuit: vt cū carolo francoꝝ rege paciscerenť. Sz ꝯcilio abierūt re īfecta: pmittētes se alia aliqua die ꝯuēturos. Absentib⁹ anglis cardinalis nō propterea cœptū prętermisit: de burgūdi cū carolo recōciliatiōe mox afferēs mētionē. Quæ res sicut grata oratoribus fuit: ita finē habuit optatū. Nā post q̄ nicolaus raulinus burgūdus cācellari⁹ sui principis noīe longā orōnem habuisset: multa edisserēs q̄ a carolo rege dari ꝯcediq; duci philippo

Cōuentio apd attrebatū vbi leges pacis cū burgūdo posite sunt.

merito deberent (q̄q̄ oīa in rē ducis eēnt) nichil de petitis detractū ē. Itaq̄ pleraq̄ loca burgūdię finitima quæ regis campaniā versus erāt ad ducis ditionē p̄uenere. Arthesio quoq̄ adiūctę sūt. Ambianis ciuitas corbia mōdesiderius perona sctūs quintin⁹ & abbatisuilla cū pōtiuiaco & bolonię comitatib⁹. Quas terras sub caroli īperio parlamētoq̄ senat⁹ ditiōe dux possideret. Eas autē ciuitates quas posteri⁹ noīauim⁹ quæ ad amnē sommonobriā sitę sūt redimere carolus poterat quadringētis aureorū milib⁹. Fuere alię ad pacē ꝯditiones: quę quādoquidē absolutę hacten⁹ nō sunt: nec eas pficiēdi spes vlla manet: mortuis principib⁹: silētio a me prętereūtur. Permulta siquidē ꝯcordię gratia frāci oratores admisere quę si cōpleta oīa fuerit queadmodum carolo oneri erāt: ita honori atq̄ maiestati ei⁹ forent indecora. Sed reuera rerū oīm ea turbatio & calamitas p id tēpus fuit: vt iuri regio aliquid abnuēdū esset. Si eñ ab anglis burgūd⁹ nō discessisset: lōge difficillimū carolo erat vtrūq̄ hostē p̄uincere. Et philippus burgūd⁹ anglorū superbiā verit⁹ quos sibi aliq̄n dn̄ari formidabat libēs ab eis secessit. Reb⁹ fœliciter cōpositis oratores in legati romani cōspectu iurāt illibata seruare quę de pace dicta diffinitaq̄ extitissent: atq̄ ita pax p caduceatores magna oīm exultatiōe vulgata ē. Morit̄ eodē tpe ysabella caroli sexti vxor: fortunis (si reginā ꝯsideres) tenuis & paup. Quippe q̄ sub angloꝝ principatu degēs: eorū arbitratu vitam agebat priuatę fœminę nō absimilis: patientissima quidē & ad tpis q̄litatē se accōmodās. Nulla re magis irritata: q̄ q̄ carolū regē eius filiū incesto concubitu natū anglus diffamabat. Cadauer nobilissime mulier̄ quattuor tm̄ comitib⁹ naui aduectū apud sanctū dyonisiū sine vlla pōpa sepelit̄. Liberat̄ eisdē dieb⁹ renat⁹ dux barri q̄ apud diuionē burgūdię primariū oppidū a philippo ī custodia habebat̄. Ex eo tpe solus hostis anglus erat aduersus quē franci belligerarēt. Igit̄ apud pōtisarā agente conestabili & cū eo aurelia

Mors ysabelle Caroli m̄ris.

neñ notho: illo se ptulere cũ quingẽtis eqtib⁹ (philippi ius su) dñs de ternãdo. & symõ lallan⁹ strenuus auratę militię eques: quibus põtisarę relictis conestabił ad sanctũ dyonisiũ ab anglis desertã proficisci ɔstituit: oppidi instaurandi cã. Qua re cõperta: anglus ex parisiis obuiã pergẽs: a conestabili (frãcis a põtisara mouẽtib⁹) duriter excipit ad lapideũ pontẽ q nõ ꝓcul a sctõ dyonisio ad sequanã pertinet vbi quadringẽti angli periere: multis cũ thoma belmõte militũ pfecto captis. Prælio fœliciter gesto conestabilis sãctũ dyonisiũ occupat. Et turri q̃ veneni nomẽ habet ĩ quẽ aliquot ex fuga angli se recepant circũsepit. Ibiq; relictis q obsidionẽ cõtinuarẽt: cũ certũ haberet quosdã parisianos ciues pertesos esse anglorũ dñationis: atq; cupere Carolũ sibi regẽ adciscere: assumpto aurelianeñ. notho: aliisq; militũ ductorib⁹: per possiacũ noctu sequanã transmittens ad cartusiẽses q extra diui michaelis portã sunt / castra pomouit. De cui⁹ aduẽtu clam pdocti michael laileri⁹: iohãnes fontan⁹ & aliquot alii ciues cũ illuxisset: ppłm in hostẽ cõcitant: ad quos cõfestĩ cõueniẽtes thomas pigache⁹ iohãnes de sãcto benedicto: Nicolaus louueri⁹ / & Iacob⁹ bergeri⁹ magni iter suos nõis: anglos partim cędũt: ptim fugãt capiũtq;. Quorũ pleriq; sancti dyonisii portã occupare frustra nisi sunt. Nã ferree cathenę quę p omia fere viarũ vrbis cõpita erãt ꝓten⁹ trãsuersum tensę sunt & iter hosti pręreptũ. Ad hoc ex fenestris & tectis ędium nemo nõ in diffugientes anglos saxa & omis generis materiã demittebat. Alii per viam inuentũ hostem armis adoriebantur. Morinorũ aũt epus qui anglorũ se cancellarium gerebat: cum vilbio & mohiero mercatorum pręposito popłi seditionem declinãtes / in sancti antonii ꝓpugnaculũ se citissime receperũt: fugientẽ præpositũ dum pistor quidã amicus illi & perfamiliaris vt eum populo recõciliaret reducere conaꝛ a pposito vibrata ĩ eũ hasta occisus ẽ. Exaudito q in vrbe erat clamore conestabilis & q cũ eo frãci erãt

Cedunt angli.

Parisiani frãcos ad mittunt.

alii porta sancti iacobi refracta alii superatis muris: pleriq; nauibus quas in flumine sequana repererũt in vrbẽ peruadunt: nulla cęde facta. Sed ꝓpugnaculũ quo se hostis tuebatur obsessum ẽ. Ex quo iamiá mohierus delapsus apud pontẽ charẽtonum diffugerat vbi a suis ꝓdit⁹ in potestatem venit dyonisii de chailli equitis frãci: a quo nõ multo post precio redẽptionis accepto liberat⁹ est. Erat huius mohierii nepos brichãte⁹ qui turrim veneni apud sanctũ dyonisium a frãcis obsessam tuebaĩ: anglorũ partes ptinacissime secut⁹. Huic vt fidẽ facerẽt franci parisiorũ deditionis auũculi mulá illi repręsentãt. Qua cõspecta brichãte⁹ spem euadẽdi capiens: e turris pinna in subiectá se fossam pręcipitat: vbi ab iis qui rure in oppidũ ꝯuenerãt sine mora trucidaĩ: atq; ita turris recepta est: & qui in ea erãt vel occisi vel capti. Pacato parisiorũ tumultu: angli qui ꝓpugnaculũ obtinebant salutẽ desperãtes de deditione colloquium habuere. Itaq; loco cedẽtes abire liberi pmissi sunt: irridente eos plebe ꝙ nõ per ciuitatẽ: sed foras muros facerent iter. Cõfirmatis in caroli fide parisiis: conestabilis ad creoliũ mouẽs post q̃ quindecim dieruꝫ obsidionẽ frustra fecisset: inde abiit & sancti germani in laya arcẽ recepit: data pręfecto vt illá dimitteret pecunia. Eodeꝫ anno qui erat christianę gratię quadringẽtesim⁹. xxxvi. supra mille Ludouicus caroli filius viẽnensis dalphin⁹ Margaretá scotorum regis filiá vxorem turonis accepit. Neq; post dies multos angli põtisará cepere: frãcis extrusis. Erat enim tũ hyems horrida: & oppidi fossę glaciatę: & altissima niue terra albicabat. Igiĩ angli niuis bñficio admoniti lintheis candidis se amiciẽtes in ipsa niue cũ decubuissent: fallẽtes oppidanos: in fossas gelu cõcretas demissi: inde in muros atq; oppidũ repẽte inuaserũt: negligẽter excubãtibus francis: qui tãetsi vẽturos in se anglos accepissent: tñ neq; vigilias facere: neq; fossarũ glaciẽ effringere curauerũt. E põtisara se vix saluũ ꝓripuit iohãnes villeri⁹: & varẽbon⁹ bur-

Põtisara ab anglis capitur.

gundę cohortis ductor. Fratres autē duo genere nō obscuri ludouicus atq3 yndet⁹ cognomēto guitri portā q̄ daucri noīatur cū aliquot ex suis occupātes: postq̄ diu viriliterq3 angloru3 oppugnationē pertulissent: subsidii spe defecti: salui permittēte hoste abeūtes: portam reliq̄re: duob⁹ tantum anglorū potestati ꝑmissis: quos graui nescio quo crimine delatos capitꝭ amputatione affecerūt. Cepere prętere a monteargi & castella q̄da3: quę oīa paucis interactis dieb⁹ franci (ęre pręfectis ītpartito) receperūt. Missusq3 a carolo conestabilis ad castrū laudunū locū expugnauit. Cepit deinceps nemorsum: & deinde mōsterolū ad amnē yonam obsedit: ad quā obsidionē veniēte carolo ꝓfestim oppidum vi receptū est: & mox arx in quā thomas guerard⁹ anglus confugerat Caroli se potestati summisit: data pręfecto facultate abeūdi. Philippus itē burgundionū dux anglos calisiu3 occupare ꝑmoleste ferens: q̄ & sibi inimici essent: & ad aliq̄d a finitimis surripiendū prōptissimi: grādi ex flādria præserti exercitu ꝯtracto: calisiū obsidere maturauit. Vbi postq̄ mēses duos ꝯsedisset: pręliis cōpluribus militariter ꝑpetratis: tumultuāte flamingo exercitu: vix a suo duce flandrēses tēperauerūt: indignati q̄ tāto tpe domo abessent: pręserti in quotidiano periculo agētes. Itaq3 occiso iohāne horno nobilissimo equite: quem philipp⁹ peramabat: ipsi dimissa obsidione: & philippo cū paucis relicto: nullo ordine flandriā petiuerunt. Laboris siquidē impatiēs flādrus est: & crapulę assuet⁹ in armis nō durat. Dux nichilomin⁹ strēnue agēs: cum in se ꝓdeūtes anglos sustinuisset repulissetq3: cum ea quā habebat militū manu domū ꝓfect⁹ ē. Porro angli recept ex anglia maiorib⁹ copiis: ī arthesiū flandriāq3 īcursantes: mirū in modū grassati sunt: incēdia prędasq3 faciētes. Quos tandē burgūdus miles adors⁹ calisiū repetere coegit. Tētauit quoq3 philippus crotoyū arcē ab anglis recipere lignea turre ad oppugnationē fabricata: cuius præfect⁹ fuit iohānes de croeyo.

Calisiu3 a burgūdo obsidet.

Sed mouētib⁹ in eū ex normānia anglis: relicta obsidione copias reduxit. Eadē tēpestate & fames & pestilētia parisios vexauit. Frumētaria eñi mēsura quę ē apud illos sextarius/ libris turonorū nouē venibat. Et p agros tāta erat armatoruʒ in agricolas impietas: vt vicis villisq; desertis/ in ciuitatē ɔfugerēt: nec erat illis anglorū q̃ francorū melior cōditio. Itaq; in hospitali domo parisieñ. quæ dei nomen hʒ nō pauciores fame q̃ pestilētia periere. Eā ob rē ciuitatis primores & īprimis richemōt⁹ alii alio se cōtulere/ tribus tantū ad ciuitatis custodiā relictis: adā cambracēsi parlamēti primo præsidente: ambrosio deloro pretore/ & symone carolo rationū regiarū prefecto: quē ɔputorū p̄sidēteʒ appellāt: viris quidē auctoritate prudētia atq; ī regē fide præstātib⁹. Quib⁹ inter cętera aduersa illud molestissimū maxime fuit: q; milites frāci q in p̄sidiis p munitissima territorii parisieñ. & finitimarū arciuʒ loca erāt: pecora sibi abigebāt ex agri colonis prędas nō min⁹ q̃ hostis faciētes. Neq; huic frequēti malo aliter q̃ p̄cio raptorib⁹ soluto occurrere poterāt/ præsidio videlicet militū destituti q pestilētem ciuitatē nō īcolebāt. Itaq; & agri colonis/ & ciuib⁹ ciuitas ꝓpe deserta erat. Accedebāt tot malis luporū crebrę in vrbē incursiones q supra octogita hoies cū p agros deuorassent: in vrbanos quoq; sęuiebant. Aduersus hāc beluā lege definitū premiū est: vt ꝓ singulis captis lupis solidi viginti ex fisco captori soluerēt: præter publicā erogationē quā plebs sua spōte venatorib⁹ īpēdisset. Nec defuit p id tēp⁹ philippo burgūdo duci a brugēsib⁹ aduersitas. quē ad se receptū clausis portis brugēses ꝑsecuti sunt: multis ex ei⁹ aulicis trucidatis inter quos adā villeri⁹ insulę adę dn̄s dū oppidi portā effrigere ɔtēdit: occidit. Quā temerariā seditionē ducētis rideorū aureorū milib⁹ apud ducem postea brugēses purgauerūt: p̄ter munera q ei⁹ vxori ysabellę portugallēsi vt virū placaret ɔtulere. Hec cū brugis gerunt: Carol⁹ apud bituriges ɔuētu hito pragmaticā sanctioneʒ

Frācorū militū inhūanitas
Misera parisiorū cōditio.
Luporuʒ incursus.
Brugēsiū seditio.

ad ĩsequẽtẽ modũ Basilieñs ꝯsilii duct⁹ auctoritate ꝯdixit.

Apud basileã eugenii quarti romani pontificis assensu cõgregato ꝯsilio / ii quib⁹ ecclīasticam tueri dignitatẽ mã datum erat leges cõi oĩm sñia rite digestas sanxerunt quas a carolo admitti / missis eius rei cã oratoribus / petierunt. Pragmaticae sanctionis capita

Legum haec capita fuere.

Romanus pontifex quoq; decẽnio generalem synodũ loco quem volet posthac cõgregato. Si negligens erit: potestas esto patribus id designandi. Cõuocati consilii locũ nisi necessum erit: pontifex non mutato.

Basiliensis contionis autoritas / & ipsius constantia decretoruȝ / perpetua esto: quae nemo vnq̃ / nec ipse roman⁹ pontifex tollere / infirmare / aut trãsferre presumito.

Romanus pontifex maiores ecclesias metropoles scilicet atq; ep̃ales collegiatasq;: aut eas quib⁹ abbates preficiũtur / & ecclīasticas dignitates / que per electionẽ sibi deligere rectorem consueuerũt nemini reseruato. Preter eas que iure scripto / vel romani principatus causa / sibi permittuntur. Huic decreto nõ cõtrauenito. Si intercedet causa praeter legeȝ faciendi / id apostolicis rescriptis exprimito. Idq; dum ad põtificatuȝ quispiã assumetur se seruaturũ iurato.

Ecclīa pastore destituta: ii penes quos ẽ eligẽdi ptãs die et loco definito cõueniũto. peccatorum suorũ cõfessionẽ agũto. & eucharistiã sumũto. Mox cõsidẽtes: p̃misso iure iurãdo / nõ negligẽter / nõ dolose / nõ timide / eũ q gerẽde dignitati sit ydoneus eligũto. Principibus fas nõ esto pro quopiam cõmendando molestis precibus / aut violẽta cõminatione premere aut cogere electores.

Electionis formã & electi merita confirmatores prelati inquirũto. Scribe & notarii moderatũ salariuȝ accipiũto.

Romanus põtifex quem sanctitatis normam pre se ferre oportet: huic sanctioni nequaquam derogato. Si contẽnet: & inde scandalum exurgat: ad subsequens vniuersale consilium deferatur.

Electiones tametsi pro canonũ auctoritate legitimę esse videbunt: si inde aut ecclia aut patria vl respublica turbari formidabit: cũ hmõi electio ad romanũ pontificẽ forte refert: & ea diligẽter examinata nulla dici merebit: alterã electionẽ iis quorũ refert indicito. Electũ vero confirmari aut bñdici ab alio q̃ ab eo / q sine medio electo supior ẽ fas nõ esto. Si in pontificis curia pręsens electus erit: a pontifice bñdictionẽ si volet recipito. iuramẽtũ postea suo plato pręstato. Secus q faciet: centũ aureoꝝ mulcta eũ castigato

Vniuersali synodo / eiusq; definitionib⁹ & decretis ois catholicus / etiã roman⁹ pontifex / eaten⁹ obedito: quãtenus fides & scismatũ explodẽda seditio postulat.

Quæ synodus / scõ spũ autore vocata cõsedit eã / sicuti constãtianę contionis patres definiere a xp̃o deo autoritatem protenus obtinere credito.

Ecclesiis dei eos sacerdotes & pastores pręficito qui doctrina sint & vita illustres vt creditũ sibi populum sollicite instituant. & deo obedientẽ gratũq; reddãt.

Expectatiuis propterea gratiis / vnde plurima oriri mala constat locum esse non sinito.

Beneficia (viuo eorũ rectore) nemini reseruato. Cũ aũt administratore vacabũt: eoꝝ quib⁹ cõferre oportebit mores & merita / graduati ne sint an secus cognoscito.

Decretũ de theologo p quasq; metropoles prębẽdãdo ad ep̃ales quoq; ecclesias extẽdito. vt in illis prębẽda theologo cõferat qui in aliqua generali academia decennem lr̃is operã nauauit. Bñficio donat⁹ verbũ dei prędicato. & per quasq; hebdomades semel atq; iterũ sacras lr̃as audire volẽtib⁹ explanato. Neglıgẽti quottidiana ecclie stipẽdia subtrahito.

Porro de iis qui gradu alicuius disciplinę prouecti sunt / hunc ordinẽ obseruato. Primũ post hanc sanctionẽ vacuũ possessore beneficiũ doctori vel licẽtiato vel baccalario conferto. Duo deinceps q̃ rectore carebunt bñ merẽtibus clericis concedito. Quod his duob⁹ successi

nũ erit/ illud graduatus obtineto.

Igit scholastici gradu insignes sua noĩa bñficiorũ collatorib⁹ dũ quadragesima agit scripta quotánis tradunto,

Bñficiorũ pręter hoc decretũ collatio facta inanis esto.

E locis q̃ ab vrbe quattuor dierũ itinere distát in ius vocádi romá/ nisi in maioribus causis fas non esto.

Qui dáno aut iniuria grauabit/ eũ q proxim⁹ est supior appellato: si tale est damnuz: quod p eius sñiam restitui possit. Alioquín si ad romaná ecclesiá iudex p exẽptionez pertinebit/ cám definiẽdá ad eũ q eiusdẽ regionis est iudicẽ (si metus abest) põtifex cõmittito.

A grauamine/ aut interlocutione iudicis secũdo nõ puocato. Eũ qui frustra atq; inaniter añ latá sñiam appellat quídecim florenis/ prӕter cętera litis impensas mulctato

Triennẽ alicuius bñficii & quietũ possessorẽ nõ turbato. nisi hostilitate/ metu / vel graui impedimento tardat⁹ eris: ne p triennũ impetere potueris possidentem.

Cardinales vigintiquattuor tm̃ diuina & humana sciẽtia eruditos/ annorũ triginta boni nois & generis legitimi qui reipublicę xpianę cõsulere possint/ põtifex de suoruz fratrũ consilio pręficito.

De dignitatib⁹ & beneficiis ecclesiasticis quibusuis collatis aut ꝯferendis nihil prorsus/ sed neq; annatá/ neq; fructuũ primitias/ neq; vt vulgo dicit deportũ põtifex exigito. Notariis & scribis mercedẽ/ qui bñficiũ recipit soluito Huius decreti pręuaricatori pœnaz symoniacis debitá infligito. Nihil prӕterea iuris aut tituli in bñficiis cõtra hác ꝓhibitionẽ impetratis sibi adquisitũ intelligat.

Clerici q ecclesiarũ & diuini cultus obsequiis deputant rem oẽm diuinaz & dei laudes sancte: distincte/ & grauiter celebranto. Ad iesu nomẽ caput reuerẽter demittũto. Decanos & reliquos per ecclesias pręfectos huius statuti prӕuaricatores castigato.

Consuetudinẽ qua inductũ est: eũ q in aliqua horaruz

choro affuerit oim distributionũ participẽ esse tollito. Id qꝫ ad decanos & prępositos qui suarũ pręextu dignitatũ rei diuinę non assunt extendito.

Quos noueris dũ res diuina agit̃ p ecclesiã aut iuxta illã deambulare aut cõfabulari totius diei quo hoc fecerint distributionibus priuato.

Iterum vero in hoc ipo delinquẽtes vnius mensis stipẽdiis mulctato.

Tabulã vbi designent̃ ii q definitis hebdomadibus sua officia exequi debebũt in choro appendito. Negligẽti totius diei stipem denegato.

Fidei symbolũ nõ trũcato. sꝫ ad verbũ absolute decãtato

Camœnas vulgi in ecclesia canere laycos prohibeto.

Rem diuinã quam missã appellamus sine ministro nũq̃ celebrato. Dũ eã facis vocẽ exaltato: quę a circumstãtib[9] exaudiri possit. Secus agẽtẽ corripito.

Canonicos q se creditorib[9] obnoxios ita cõstituũt / vt si statuto die debito se nõ absoluerint interdicto rei diuinę cohibẽtur / a stipẽdiis ecclesię toto trimestri abstinẽto. Nec quicq̃ inde / q̃diu diuinis abstinebũt percipiunto.

Solẽnibus diebus dũ maior missa fieri debet / capitulũ nõ cogito. per integrã alioquin hebdomadam trãsgressores quottidiana stipe priuato.

Spectacula / ludos / comessatiões / choreas / nũdinationes / ludibria / & laruatas psonas incedere / ab ecclesia & sacris locis arceto. Cõtemptorẽ clerũ trimestri ꝓuentu abstinere iubeto. Reliquos cẽsura ecclesiastica cohibeto.

Clerico cuiusuis status cõcubinã fouẽti / a secũda hui[9] sanctionis promulgatiõe nõ resipiscẽti / beneficiorũ suoꝝ perceptione mẽses tris interdicito. & eos fructus ĩ ecclesiarũ vñ percipiunt̃ vtilitatẽ impendito. Hãc aũt ꝯstitutionẽ in synodis & capitulis ꝓmulgari quotannis impato. Nec minus laicos admoneto nullam præter legitimã vxorem turpi copula contingere.

Excõicatos añ latã sñiam & reuera denũciatam nõ vitato. Nisi tã notoria excõicatio erit: quę nõ valeat ignorari.

Nulli oino gẽti cõitati vel loco sacris interdicito: nisi p semet/ aut p priuatos aut officiales id est p suos magistratus culpã admisit. Iniquũ siquidẽ est ob vnius cuiusq; priuati hominis delictum ferire insontes.

Nullius lr̃is quib⁹ quẽpiam bñficio aut suo iure se abdicasse narrat/ nisi testib⁹ aut fideli documẽto id factum esse constet credito.

Hęc cũ carolus satis enucleata digestaq; esse cõperisset: Indicto apud bituriges cõsilio pragmaticã quã vocãt sanctionẽ tulit. Eamq; in parlamẽti senatu pmulgari mãdat: anno xp̃ianę pietatis. cccc. xxxviii. supra mille nonis iulii. 1438

Quã regiã (autoritate basilieñ. synodi) factã ↄstitutionem q deinceps fuere romani põtifices non secus ac pniciosam heresim execrati sunt: q eã nemo pontificũ dissoluto basilieñ. ↄuentu probauerit. Vetustissima eñ cõtentio de vniuersali ↄsilio/ & romano pontifice vtrũ maius sit hacten⁹ inter ecclesiasticos perseuerat. Quo mea sñia factum est: vt generales synodos cogere põtifices detractent: formidantes suã tã late patẽtẽ (ne dicã vsurpatã) auctoritatẽ ↄsilioꝝ decretis cohiberi. Itaq; ea est hodie illoꝝ sublimitas & amplitudo: vt pui habitis regibus licere eis oia glorient. Neq; qppiã ad põtificatũ mea ętate venit: q dignitate adepta ñ statim suos nepotes magnis opib⁹ & principatu donauerit.

Eodẽ anno richemontus meldim ciuitatẽ post quidecimũ obsidiõis diẽ multis anglis interẽpti expugnat. Mercatũ aũt in quo erat validũ pręsidiũ hostis fortissime tutatus est. Aduenietib⁹ pręsidio dorceto comite atq; tallleboto: q nacta in flumie matrona naui i mercatũ nouũ ꝑsidiũ induxerũt post biduũ inde abeũtes. Cęterũ diligẽti oppugnatiõe attriti ãgli: suis fortũis saluis deditionẽ fecere Mercato a frãcis recepto cũ rex parisiis eẽt accito richemõto eũ cũ igẽti exercitu i normãniã mittit: quẽ mox secuti sũt alẽ Meldis capitur

conii dux iohānes & andreas lauallus marescallus multis armatis stipati. Hi oms abrincas petētes ciuitatē obsidēt. Est aūt vrbs in colle mediocriter edito ad occeanū britānicū sita normānorū ditionis. Ibi cū dies circiter viginti cōsedissent dorcet⁹ comes: dñs de scalis/ & tallebot⁹ āglorū pfecti frequētib⁹ copiis cōtractis: ad vicū sancti leonardi duob⁹ tm̄ passuū milibus a francorū castris distantem sua castra admouere: nō pcul a gilberti ponte/ qui supra sceam amnē inter vtrūq₃ exercitū erat. Vbi nō pauca leuia vtrinq₃ prelia cōmissa sunt: aliis sceam transmittere conantib⁹/ aliis trāsitū phibentib⁹. Tandē cōspicientibus francis amne superato anglus in abrincas euasit: Qui mox eruptione in frācos facta acerrime pugnauerūt. Frāci aūt mutato loco pōtorsonem versus castra reduxerūt. Sub his dieb⁹ sanctā susannā buell⁹/ pdēte eā anglo noctu cepit: q cū ad alenconiū ducē pertineret: buellus tm̄ sibi inuito duce obtinuit. Nō satis carolo fortuma fuerat iimica: nisi a filio quoq₃ pientissim⁹ offenderetur pater: tot per superiora tēpora turbationib⁹ vexatus. Ludouicus erat ei fili⁹ dalphin⁹ viēnensis/ qui tradit⁹ a patre marchię comiti liberaliter imbuēdus. postq̄ adoleuit/ pręceptoris eruditionem aspernatus nyortū se recepit. Accersitoq₃ iohanne borbonio & iohanne alēconii duce: abiecta tutela/ libere se post hac viuere pfessus est: quippe q & ętate & rerū cognitiōe ydoneus esse sibi videretur negocior₃ regni administrationē gerere. Addebāt ludouico aios ipse dux/ atq₃ antonius chabānus/ Iohānes de rupe Pictauię senescallus: Petr⁹ de ambasia: & alii cōplures nouarū rer₃ pcupidi: qui aliquot iam ciuitates ad defectionē sollicitare cœperūt. Nā ii oms cōiuratione Pictauis facta: Ludouicū a patris cōione maxime auertebant. Quorum cōspiratio pragueria dicta est. Ea re per marchię comitē carolo delata cōfestim ad ciuitates scribit: ne dalphino eiusq₃ sectatorib⁹ audiāt: ne ve eos ad se admittant. Interim dalphini factionis auctores ex ny

Abrincę. Ludouici in patrem cōiuratio

orto ad sanctū maxentū ꝓgrediētes arcem (iaqueto quodam ꝓditore) excipiunt: atq; in oppidū cœnobiūq; conuersi: loci dominā fortunis oībus spoliauerunt. idē cœnobio facere festinātes. Verū iohānes sachetus oppidi municeps cū tribus & viginti suarū partiū studiosis vestibulu3 quod crucis appellat̄: tādiu aduersus dalphinates defensauit: donec ex Pictauis vbi carolus agebat subsidiū impetraret. Abbas quoq; & cœnobitę obseratis ecclesiæ portis fornicē cōscēdētes testudine effracta in hostes saxa deiiciebant. Qui audiētes regem ad se cū copiis ꝓficisci / prædis abactis diffugere: Carolus aūt hora noctis septima cu3 venisset: laudata abbatis diligētia / monasteriu3 ꝓuentibus atq; priuilegiis donauit. Qui in arce inuēti fuere paucis exceptis vltimū suppliciū subierunt. His ita gestis carolus nyortū adoritur. Vnde mox ad borboniū ducē se ꝓripuerunt dalphinates. Quapropter nyortenses nulla rebelliōe adhibita carolo se dedere. Captus in arce est iaquetus ille ꝓditor & in ꝑtes quattuor mēbratim dissect⁹. Cognito ꝙ dalphinū cū suis dux borboniorū recepisset cōsiliorū particeps factus: copias in borbonienses carolus ducēs cōplura loca cepit: multis regionē damnis afficiēs. Hęc agente carolo: dalphinus sanctū Porsanum occupat belli fortunā experturus. Rex vero nūc rionē / nūc claromontē incolebat: borboniū agrū incursantib⁹ suis. Hęc ciuilis pestis sexto postq̄ ceperat mense itercessore comite deu quieuit: dalphino in patris gratiā redeūte: q postea apud regē vixit. Cōspirationis aūt anctores venia a Carolo īpetrata & regio diplomate firmata: quiq; in suas domos abierunt

Per hos dies obsidentib⁹ harfleū anglis: franci duce notho aurelianeñ. valida manu mouētes: cū anglorū munitiones penetrare nō potuissent / harfleū tandem p̄sidio saluo & monstiuillariū hosti ꝑmisere. Atq; eodem anno Carolus aurelianorū dux qui post blanchianā pugnā in angliā ductus quiq; & viginti annos in custodia angliæ reg3

Harfleu3 ab anglis capitur.

Liberat dux aurelianensis.

fuerat solutus est: quater centũ aureorũ milib⁹ ꝓ ipsius liberatiõe numeratis. Hic cũ in sancto audomaro reuersus ageret: philippi ducis burgũdię neptem Mariam deuẽsis comitis filiã despõsauit multis a duce donis honoratus.

Egidius de raya. Eodem tẽpore egidius de raya frãcię marescallus fortib⁹ visus plerosq; ĩfantes peremerat: quorũ sanguĩe futura auspicabat̃: prĩcipatum affectãs. Qui britonũ ducis iussu cõpræhẽditur: & mox veritate maleficiorũ per Petrũ hospitalem ducis cãcellariũ cõperta: duplici cruciatu eodeʒ fere momẽto afficitur. Extabat ad tormẽta furca: ad quã Egidius illaqueatur scabello supposito / cui pedib⁹ adniteretur. Circum quẽ accenso igni & scabello deiecto: cõfestim strãgulatur & vrit̃. Est rupes in ĩferiore normãnia ĩstar ĩsulę in mare ꝓminens: ĩter diu bis atq; noctu ęstuariis maris tribus partib⁹ alluta: quã grauillã ĩcolę vocant eã girardi villam primo dictã fuisse accepi: eam cũ alternis expugnatõnib⁹ frãci angliq; diuersis tẽporib⁹ possedissent: angli tandẽ instaurãt valide illã munientes: vtpote q̃ inexpugnabilis esse fortificatiõe facta videretur: & quã deĩceps validissimo præsidio tenuerũt. Et frãci quoq; eodẽ exemplo louueriũ diu desolatũ a normãnis oppidũ: auctoribus potono Salʒardo & ãtonio chabano muniũt: nõgẽtis militib⁹ p̃sidio adhibitis. Extruxerũt p̃terea ad sequanę ripã ligneũ ꝓpugnaculũ: quo rothomagũ nauigio adire eos q̃ supra aduersum amnẽ incolebãt / ĩpedirẽt. Cõchas item Petrus bressayus & floquet⁹ dedẽtib⁹ se anglis cepere. Et katherina caroli septẽnis filia philippi ducis primogenito despõsata est: vt q̃ inter prĩcipes beniuolẽtia cõuenerat: sacronuptiarũ fœdere ꝑduraret.

Tartas. Est in vasconia oppidũ tartas nõ ignobile ad dñm de albreto spectãs. id cũ frãci tenerẽt / burdegallus senescall⁹ cũ captabusso & quibusdaʒ anglis circũuallauit. Cõtritis tandẽ ĩ obsidione mẽsibus fere septem ĩteruenĩẽte albreto ad insequentẽ modũ cõuentum est. Oppidum in frãcorum potestate permaneret: Carol⁹

albreti filius in eo prefecturam gereret. fidem tamē datur⁹ burdegallo senescallo: nullā se vim aut bellum ex oppido aduersus anglos illaturū: liberū anglis in oppidū ire redireq; negociādi causa. Frācis quoq; permissum esse burdegalę aliisq; locis anglicæ ditionis cū anglis mercatorū more cōuersari. Has ꝯditiones si carolus aliquādo obseruare nollet: licere illū tertio ante ꝑteritas conditiones mense id marescallo prędicere. īfra quod tēpus si frāci pręlio superarētur locū dederēt. Sin cōtra: oppidū sibi possiderent. Carolo interim qui minori ætate esset aliquot ex francis anglisq; cōsultores designarent. Re vt scripsi confecta quisq; quo voluit digressus est. In campania nōnullę frācorū cohortes cū per summā iniquitatē per agros palātes oēs passim spoliarēt: Carolus rex trecas petit: & imprimis borboniū nothū crudeliter armis abutentē in amne alba extinguere iubet. Plerisq; militū ꝑfectis par faciētib⁹ officio amotis: decernēs milites posthac vicis relictis vrbes vel arces īcolere: & eis stipendiū ex publico dari: quo sine iīuria quietissime alerētur. Ordinatis apud campanos rebus: cū per picardiā simile Carol⁹ effecisset: creoliū mittit coytiuū marescallū & hyrū qui arcem oppidūq; ad eā partē quæ bellouacos spectat obsiderent: ipse vero per Siluanectū viam carpens: ad alteram fluminis ysarę ripam castra admouit: reliquā oppidi partem obsidēs. Fuit illic oppugnatio frequēs & aliquot locis tormentorum iactu muri deiecti: quo īterdum frāci conscēdentes manu cum hoste conferebāt: conspiciente eos rege. Quapropter colloquio cum frācis de deditione habito: Guillermus poytus oppidi ꝑfectus libere cū suis abire permissus / arcē oppidūq; reliquit. Creolio recepto ad sanctū dyonisiū veniens carolus īde pontisaram copias omēs admouet: in cœnobio maubussono qđ mille ab oppido passib⁹ distat diuersat⁹ Reliquo exercitu veteres macerias quę e regiōe oppidi pascua versus sunt occupāte. Quod ii q in ꝑsidio erāt aduertē

Stipēdiū militib⁹ assignatū vt vicis relictis arces īcolerent.

Creolium capitur. Pōtisara obsidetur

tes: statim oppido erũpũt: cœnebiũ vbi carol⁹ agebat impetẽtes. Fit igit̃ vtrinq; atrox p̃liũ: sed cedẽtib⁹ anglis frãci ad põtẽ vsq; & ꝓpugnaculum quod in eo hostis extruxerat anglũ ꝑsequunt̃. Ibiq; subactis fossis & palis humo defixis: nocte illa se cõtinuerũt donec ex parisiis deductis nauib⁹: amnẽ ysarã q oppidi muros pręterfluit trãsmiserũt: eaten⁹ q̃ diui martini cœnobiũ extitit: quod ioachin⁹ roaldus/ thealdusq; valẽpargn⁹ cũ aliis q̃busdã festinãter occupãt. Fossis p gyrũ cœnobii ꝑductis: cum oppidũ fere hoc modo circũsessum eẽt frãci ꝓpugnaculũ põtis anglis deiectis capiũt. Libera erat porta quę Rothomagũ ducit q̃ ingredi host̃ egrediq; poterat: ita vt p eã tallebot⁹ sępe & deinde eboraceñ. dux cõmeatũ suis iportarẽt: frãcos nõnũq̃ ad pugnã ꝓuocãtes. Sed loco se mouere ordinẽq; deserere temerariũ esse ducebãt franci: quorũ maxime sollicit⁹ Carol⁹ erat: diligẽtissime oĩa ꝓuidẽs quę obsessorib⁹ ꝯuenirẽt. Nam p ambrosiũ delorum parisiorũ prętorẽ ingẽtem cõmeatum ad suos per amnẽ sequanaʒ ysarãq; iportare fecit: hoste maxime iuito atq; sũmopere repugnãte. Quod cũ ꝓhibere dux eboraceñ. Tallebotusq; nõ possent: p Possiacũ vbi regẽ cõpræhẽdere Tallebot⁹ sperabat/ iter faciẽs: cum oppidũ penit⁹ populat⁹ ẽ: vna cũ eboraceñ. duce in normãniam se ꝯtulit/ relicto apud põtisarã cliptono eq̃te anglo cũ fere mille armatis: quib⁹ eboraceñ. fidẽ abiens dedit de subsidio obsessis statuto die conferẽdo. Digresso duce carolus accersitis præfectis q p vicos finitimos in statione erãt/ tormentis muros quatere cœpit: & tẽplũ diuę marię quo ad ꝓpugnaculũ hostis vtebatur (quia ꝓpe muros extrinsec⁹ erat) expugnat. Et tertio post die oppidũ circũquaq; oppugnare iubens magno oĩm milituʒ aĩo nixuq; exupat: occisis quingẽtis anglis captoq; cũ aliis multis p̃fecto. Ex francis quinq; ad summũ desiderati sunt. Laudatus est imprimis coytiu⁹ admiraldus q ad obsidioneʒ atq; expugnationẽ singularẽ operã nauasset: nomẽ quoq; sibi

cōparauit iohēs bureus q tormētis & belli machinis p eos dies præfectus erat obscurus antea & mox īdustria atq̧ diligētia regi acceptus. Ea victoria bñ fortunat⁹ carolus parisiū veniēs a ciuib⁹ magna celebritate except⁹ est. Eadem tēpestate Iohēs floquetus quorūdā ciuiū ope adiut⁹ ebroicas cepit: pforato ab aliquot incolis muro: per quē floqt⁹ est admissus. Et licet in mercatū cōfugiētes angli se turrib⁹ tignisq̧ circūfulsissent: mox tñ partim interēpti: partimq̧ capti aut clā (reserata ciuitatis porta) elapsi sunt. Subiiciā vnū quod militē cautū reddere possit. Ex pōtisara cuꝫ nō pauci captiui in arceq̄ coruila dicit̃ nō lōge a carnoto in vinculis haberent̃: vnus ex eis vt reliquorū redēptionē ꝓcuraret dimissus: franciscū aragonensem q anglorū partiū erat cōueniens: narrat q̄ negligēter castellū a francis seruaret̃ facile factu esse arcem occupare: prędari quę i ea eēnt & inde vinctos eximere. Re cognita frācīscus cohortē nō ꝓcul a loco in isidiis noctu locat. inde cū illuxisset quattuor ex suis habitu rustico īdutos pomorū saccos raporūq̧ oppletos humeris tanq̄ venales importare in castellū mādat: qui nullo ꝓhibente arcem igressi (pars em̃ pręsidii loco aberat: pars adhuc somno tenebatur) in cubiculū pręfecti euadunt: eūq̧ dormientem comprehendūt. & mox ex insidiis ꝓripiens se hostis arcē & quę in ea cōperta habuit occupat. Atq̧ ita solutis captiuis reliquam p̄dam Rothomagum traduxit. Ignauię pœnas digne luit qui inimico ꝓximus sibi diligenter nō cauet. Eniuero periere aliquando toti exercitus sibi nimiū indulgētes/ & nō attendentes quid hostis moliatur. Anno insequēte qui fuit christianę gratię. ccccxlii supra mille Tallebotus mille quingētorum delectorum anglorum ductor non procul a Dieppa maritimo oppido quod a francis tenebatur castra ponēs in colle qui polletus ab icolis dicitur ꝓsedit. extructa ibi lignea grandi admodum turre: quā multis tormētis & machinis bellicis cōmuniuit: vt ide oppidi muros crebris ia-

Nota.

Dieppe obsidio.

1442.

ctibus peteret. Erat ad oppidi tutelā carlot⁹ mareslus trecentos secū egregia virtute milites habens. Ad quē paucis post dieb⁹ iohānes aurelianeñ. nothus cū circiter mille armatis veniēs: postq̄ locum militēq3 recēsuit arturū de longauilla & thomā droynū sexcētorum manu militū stipatos ad vetus præsidiū adiungēs dieppa egressus est. Misit præterea carolus rex alterum subsidiū obsessis. Cui pfecit thedoalū burgēsium: assignato illi guillermo ricaruillo cētum equitū præfecto. Firmata tanto presidio dieppa frāci Talleboto cum potēter resisterēt: ipse paulopost abiit: relictis ad obsidionē pagēdam sexcētis anglis quib⁹ preerant guillermus poytus & iohānes rippellaus. Procedēte tempore postq̄ hostis ad dieppa3 ptinaciter sedet: Ludouicus Caroli fili⁹ viēnēsis dalphinas patris iussu ingēti collecta militū manu ex pictauis dieppā petit dissoluēdę obsidionis gratia. Qui secūdum amnē summonobriā iter faciens: obuios sibi excepit sexcētos supra mille milites qui ei in ea expeditione obsequerētur. Eorum primi ductores extitisse referuntur sancti pauli comes: domicellus de cōmerci / Gaucurtus / castillionis lauali comitis frater: & eius castillioni domin⁹ qui ad amnē matronā est. Accessione huiusmodi procerū instructior factus dalphin⁹ abbatisuilla3 se contulit: quo thedoalum burgeñ. ad se venire iubet. Is vbi aduenit: ꝯsilio de re gerēda capto: thedoalū cū trecētis militibus præmittit: q ad anglorū castra cōmeatū inuehi ꝓhibeat: ipe paulopost reliquas copias Dieppam ducit: vbi postq̄ militē ex labore paulisp recreatū habuit: occidente iam ꝓpe sole sexcentū ꝓbe armatos ad collē vbi hostis cōsidebat ꝓficisci imperat. Fuit mox illa cōtinuo fere ymbre madens nec ꝓpterea erumpere in frācos destitit hostis: q̄q̄ acri pugna in munitiōes suas regredi a francis cogeret. Postridie dalphinus dieppā mouēs in collē polletū in cōspectu hostium copias sistit. Habebat eñ fabricatos ligneos pōtes ad transmittēdas fossas quib⁹ se anglus p ambitum

ligneæ turris circūsepserat. Igit secūdo die postq̄ ad colle3 successit: pontes rotis prouectos ad fossas admouēs: mox signo dato oppugnare turrim festinat. Nec segniter hosti3 obstitit: & insilientibus in eū francis summa vi ꝯflictatur: hos saxis opprimēs: alios telis sagittisq̄ vulnerās. Ad primū cōgressum octoginta franci cęsi sunt: trecētis & supra grauissime sauciatis. Quib⁹ integri hortante ludouico succedentes oppugnationē nequaq̄ deserebāt: dalphini præsentia: anglorū quoq̄ odio vehemēter animati. Nec defuere dieppēses: Qui balistarios sexagita educētes crebris scorpiōib⁹ hostē ne e turris muro tuto ꝓpugnaret: ꝓhibebāt. Eapropter instāte atrociter frāco milite: expugnata est turris: trecētis anglis īteremptis/ reliquis captis cū guillermo poytto: Iohāne ruppallo & Talleboti notho qui in dieppensiū potestate3 venere. Qui aūt frācę originis erant oēs suspendio affecti sunt cū aliquot anglis qui āte oppugnatam turrim dalphino cōuiciati fuissent. Tam firmo ꝓpugnaculo dissipato: tormēta quę in eo erant in oppidū dalphinus transtulit. Laudatis militibus ciuibusq̄ quorū diligenti opa pta de hoste victoria erat. Dedit item oppidanis munera ad sarciēda damna q̄ obsidiōis tēpore ꝑpessos esse cognoscebat. Insequēti anno. M. cccc. quadragesimoquarto de duorū & viginti mensiū inducis inter franciæ anglięq̄ reges cōuenit: pmissa vtrinq̄ libertatē merces cōmutādi atq̄ īter se negociādi. Per quod īduciarū tp̄us ne milēs ocio torpesceret sicilię regi Carol⁹ suppetias tulit aduersus mettēses: & quosdā lotharīgię īcolas q ei nō parebāt. Admonit3 mettēsib⁹ obedire cū dicto audiētes non eēnt: eos carol⁹ circūsedit mlt3 copiis & dalphini p̄ntia pōtes. Firmata obsidiōe/ romanus īpator de heluetiis q̄st⁹ q̄ īpio rebellarēt: carolū p bourgalemoniū germanū īsignē eqtē orat ptē militū sibi ꝯtra desciscētē a se heluetiū cōicet. Ea res cū īgrata regi nō esset: dalphinū basileā cum copiis mittit. assistēte illi bourgalemonio fœderici militis p̄fecto 1444. Expeditō ī mettēses

In heluetios. Dum autē viam pergit heluetiorū nō contēnendā manū non lōge a basilea offendit: in quos cū in hortos quosdā se recepissent arma cōuertens: bourgalemoniū ante alios amisit cū aliquot aliis interēptum. Fudit nichilominus hostem & ad vnū occidit. Inde ad sanctū hippolitū mouens spe oppidi cōfesti oppugnādi: cū id frustra conatus fuisset: habuit tn̄ sibi obtemperātes oppidanos. Sed frācus miles suo more ex agris prædas agēs furētē gentē in se excitauit: ita vt diuersis locis cōsociati heluetiorū manipuli nō paruā copiarū partē occiderūt. Igit bourgalemonio mortuo fuisq; parti occisis dalphinus regionis asperitate cognita ad patrē qui apud nantiū lotharingiæ primariū oppidum erat reuersus est. Quo se cōtulit comes suffortus anglus ab henrico ad carolū missus q caroli filiā regi suo vxorē peteret. Necq; id comiti denegatū est. Præerat mettēsibus iohānes vitotus barbarus & feris moribus hō. Hic equo insigni vtebat: in cuius cauda assutū erat tintinabulū vt ingrediēs egrediēsq; sæuus impator audiret: atq; cognosceret. Adeo quidē inhumanus vt ex suis aut ex hostibus captum neminē precio redimi sustineret. Si autē cōpertum haberet fœminas vrbe egressas de virorū liberatione ptractasse: eas nece afficiebat. Sed barbari crudelitatē vicit ciuium puidētior modestia. Fatigati itaq; diuturna obsidiōe mettēses: regē muneribus placāt: ducētis scutorum milibus belli impēsas cōpensantes. Rebus ad hunc modum ordinatis: Carolus cathalaunū pfectus est. Sub idē tēpus cum ecclesię synodus basileę haberet: eugenius pōtifex romanus cognito q patres qui cōsilio aderant eū a pōtificatu amouere studerent: synodū ferrariā & inde florētiam trāsferre laborauit.

Ductor mettensiū crudelis.

Felix sabaudus papa. Vnde basiliēsis synodus amedum sabaudū qui solitariā vitam apud rapaliā viuebat in pōtificē quē fœlicē noiauit assumpsit: Interī mortuo eugenio cū romani cardinales thomā de susanna eugenio substituissent nicolaum quintū eum appellantes: orto in ecclesia scismate Caroli maxime

opera cōtētio sopita est: cōcessa fœlici p sabaudiā amplissima legati potestate. Per eosdē dies tāetsi inter reges frācorum atq; angliē inducię ,pcederent: Frāciscus tñ surien⁹ cognomēto aragonēsis tumultuaria armatorū manu feugeras q normānię finitimę sunt ad britāniā ptinētes circūuētas cępit atq; populat⁹ est. Qua de re britonū dux apud carolū per nūcios qstus: ostēdit hanc in illū cōtumeliā ab hoste illatā esse: inducias illibate cōseruantē/ decere ab anglo repetere quod per nefas abstulisset. Querela ducis accepta: carolus ad anglię regē & sombressetū ducē iohānem hauartū & guillermum cousinetū ex suis aulicis mittit: q res ex feugeris induciarū tpe a frācisco surreptas repeterēt. His respōsum est franciscū aragonēsem id nō ex sententia regis cōmisisse: factum neq; regi neq; sombressetō placere. Quod vt carolo sombressetus psuasuz faceret: per nūcios idē significat petēs vt ob eā rem nichil de induciis nouaretur. De accepta autē iniuria si oratores louueriū mitteret/ eodē venturos sombresseti legatos: qui ꝯtrouersiā pariter cōponerent. Id carolo cū gratum fuisset: dies cōuentioni apud louueriū dict⁹ est. Ibi dū oratores ꝯsultant: interī de tollēda anglis pōtisarcha fortissimo ad sequanā in normānia oppido Floquet⁹ ebroicēsis prętor vir bello strēnuus consiliū capit. Vector quidā quadrigari⁹ solitus p id oppidū iter crebro facere: & eam ob cām anglis iam not⁹ prouiderat aīo eius loci præsidiū negligēter agere: neq; satis oppidi custodię attētum esse. Igitur rē a se frequēter aīaduersam ad Floquetum iacobūq; de claromōte & dominū de maulgnio belli peritos defert. petitq; sibi aliquot delectos milites attribui q illuz ad id negociū iuuēt. Designant imprimis duo: q singulis securibus desumptis lignarios se fabros simulātes vectorē comitant. Quos singulatim alii lōgo īteruallo nē multitudo suspitionē faceret subsequūtur. Qui oēs definito iter eos die ad cauponā quę in suburbio est hospitii prętextu cōuenere. Hui⁹ autē cauponę hospes

iniuriaȝ supra paucos dies ab anglo acceperat. Quod non ignorãs quadrigari⁹ ab indignãte ob iniuriã hospite cubiculũ seorsum petit vbi ipse cũ suis secreto diuerset: simulq̧ rem cõceptã illi patefacit. Letus rei indicio hospes: opẽ quoq̧ suã illis pollicet̃. Insequẽte nocte domin⁹ de Bressy cum militũ cohorte q̃ proxime oppidũ põt versus sancti Andoeni portum se ad insidias cõponit. Floquetus ad alterã põtis regionẽ quæ louueriũ spectat: cum iacobo claromõtano & quingẽtis equitib⁹ ĩ vicino nemore se collocat. Vector quadrigarius sub lucẽ insequentis diei cũ vehiculo ad primã vsq̧ pontis portã cũ simulatorib⁹ fabris tantũ progressus: ianitoreȝ noie appellat. orans ianuã sibi reserari: q̧ festin⁹ esset merces importare quo eas vehẽdas receperat: simulq̧ præmiũ beneficio pollicetur: fidẽ dans pro eis qui secures ferebãt. Ianitor qui vectorẽ notũ haberet: adhibito secum anglo portã recludit. quã mox vector ingressus vehiculũ ibi sistit simulansq̧ ex marsupio nummos in mercedẽ anglo depromere. vnum qui ex britonũ moneta erat labi in terrã ex industria ꝑmittit: queȝ nũmũ vt humo leuaret dũ ianitor ꝓcũbit: vector exerto pugiõe cõfodit. ii vero qui fabri putabant̃ ad secũdam portã interim cuȝ processissent: anglũ interimunt. moxq̧ ex insidiis Floquet⁹: aliiq̧ milites ꝓperãtes oppidũ arcẽq̧ hostiliter vociferantes inuadunt. omni præsidio vel cęso vel capto: cum ad eã horam nõ aliter q̃ secur⁹ quisq̧ obdormisceret: inter captiuos cõpræhẽsus ẽ comes fauquẽburgus diues anglus. Ea res anglos mirũ in moduȝ cõtristauit. Quibus ne paci pręcluderet̃ via: carolus quę capta erant reddenda censuit: si feugeras restituerẽt. Id ad sombressetũ referẽtib⁹ anglis: vtriq̧ legati ad cœnobiũ quod bonũ portũ vocãt postea coiere. Interim gerberoyum in bellouacis a dño de mouy: & ĩ burdegalis conacus: malgrinusq̧ a verdrino vascone & a floqueto in normãnia cõchę captę sunt. De q̧b⁹ locis recuperãdis misso a sombressetο iohãne infante/ Ca-

rolus respōdet si feugeras britonū duci reddant: ea quę recenter capta frāci tenerēt se restituturū. De feugeris in mandatis nichil habere cū iohannes infans respōdisset: re infecta discessit. Nec ab his q ad bonū portum ꝑuenerāt aliud gestū est. Reuersis ad Carolū oratorib⁹: ipse de belli ratiōe cōsiliū cū suis cōmunicat quippe qui hostis suffugia dolosq; nulla modestia ꝑuincere posset. Ad britonum ducē missis nūciis bellum cōmuni beniuolētia gerendū suscipitur. Per pręcedentiū tēpus induciarū nō destiterant angli qui mantā Vernoliūq; & Latiniacū occuparāt vias publicas insidere: quosq; passim vel spoliātes vel iugulantes: & vt a crimine patrociniū sumerent: eos qui ab eis talia paterent armigniacos appellabāt. Facies tamē suas ne agnoscerent laruis obtegebāt & ꝑsonati quidē incedētes: laruatos se appellari gloriabant: eosq; pseudo faciatos vulgus vocitabat. Aduersus tot mala coeūtib⁹ vndiq; copiis ausus hostis ex feugeris in britones eruptionē facere viginti supra centū anglis occisis in suas munitiones redire coactus est.

In normānia apud Vernoliū multor cui⁹ molēdinum oppidi muris ꝓximū erat nocturnis excubiis designatus cū forte obdormisset: ab anglo excitat⁹ iniuriā acceperat. Quā ęgre admodū ferēs multor: de ꝓdēdo frācis oppido ratione cum Floqueto init. Cōmoditate facinoris accepta floquet⁹ mercedē hoi pollicitus: Petrū blesseyū & iacobū claromōtanū rei cōscios facit. Quos ad cōstitutū diē ꝑuenietes multor ꝑ molēdinū cui ipe pręerat scalis ad muros oppidi admotis i vernoliū admittit. Erat eni dies ille dñicus ad rē diuinā audiēdā xpianis maxime celebris. hinc occasiōe accepta multor q eo quoq; die excubuerat collegas sub lucē admonet ad ecclesiaʒ rei diuinę gratia ꝓperare: vt dei religione expleta: mox cibo matutino reficerētur. Igit collegis abeūtib⁹ gratuʒ francis facinus multor ꝑpetrauit suā iniuriā vlciscens. In minima siquidē fera iterdū animus inest: se ad vindicandū pro tēpore cōponens. Capto

Vernoliū capitur

Nota.

oppido qui euadere potuerũt angli in arcẽ se receperunt. atq; eam q̃ in media arce est turrim muro fossisq; apprime munitam occupant. Ex qua ne hostis dilaberet: Iohẽs dunensis comes quẽ Aurelianũ nothũ supra nominauim⁹ Caroli militiæ p eos dies princeps ꝓtenus aduenięs turri circũsedit. Nec multis interiectis dieb⁹ accepit Tallebotuʒ cũ copiis Bretoliũ aduẽtasse: non aliá ob rem q̃ vt obsidioneʒ dissiparet: importaretq; cõmeatũ obsessis. Eapropter dunẽsis comes nõ diu verr. olii morat⁹ relicto in obsidiõe florẽtio dilliers carnotẽsi in tallebotũ ducẽs eũ nõ procul ab haricuria est assecutus: loco quidẽ munitissimo se continentẽ. In quo a francis die illa tota ad pugnaʒ ꝓuocatus nullá pugnãdi potestatẽ fecit. Sed insequẽte ei⁹ diei nocte in Haricurię arcẽ se ꝓtulit. Frãci aũt relicto talleboto: ebroicos ꝓfecti sunt. Dũ hęc in normannia gerũtur: Carol⁹ ligeri p ambasiá trãsmisso: vernoliũ petere constituit opẽ laturus obsidẽtibus turriʒ. Et per eos dies comites deu & sancti pauli cũ quattuor equitũ milib⁹ nogentuʒ ducẽtes oppidũ arcẽq; capiũt præfecto iohãni fabro cũ iis q in p̃sidio erãt data libertate abeũdi. Arcẽ vero iniecto igne desolatá frãci reliquere. Inde ꝓgrediẽtes sequana traiecto ad pontẽ audomari vocãte eos ab ebroicis dunẽsi comite iter carpũt. Illis igit̃ ad riuũ amnẽ q præter muros fluit se cõferentib⁹ dunensis comes cũ reliqua copiarũ parte in regione q̃ ad rothomagũ vergit castra ponens: postq̃ omia q̃ ad oppugnationẽ necessaria erãt parata nũciant̃ dato signo quisq; certatim in muros euadere contendit. Itaq; magnis animis anglus obsistit. Sed in oppiduʒ irruentes picardi: moxq; altera parte dunenses: hostẽ propulere. Qui i ędes publicas q̃ in mercato sunt cõfugientes paulopost comitũ dunẽsis & sancti pauli potestati se ꝑmisere. Qui ei capti sunt fuere viginti supra quadringentos: inter quos oppidi ꝑtæfect⁹ mõtesaurus normãni fisci moderator fuit/ & Fouquet⁹ heton⁹ ãglus. Re bñ ad põtẽ audomari gesta

Pons audomarus capitur.

dñs de mouy ad loci pręsidiũ statuit. Sub idẽ tps alię quę-
dã arces a francis duce loheaco receptę sunt. Et vernoliana
turris: rege carnoti agente deditionẽ fecit modico redem-
ptionis precio ab iis q in p̄sidio fuissent psoluto. Secuti
sunt lexouii: ad quod dunẽsis comes cũ iis q ad pontẽ au- Lexouiũ.
domari militauerãt mouẽs eos nulla vi adhibita receptos
suis legibus viuere pmisit. Manta plus laborꝫ vt se dederet Manta.
attulit: deditionẽ recusantib⁹ anglis q eã tuẽdã receperant
Sed deficiente ab eis plebe & porta q sancti nomẽ habet cũ
bona oppidi parte armis occupata: ciues ad francos egres-
si de deditione cõditiones acceperunt. Quod ab anglis cõ
pertũ eos humiliores fecit. Nã accepta discedẽdi cum suis
fortunis libertate oppidũ reliquere. Cæterꝫ q cũ hoste alio
se pferre duxissent idẽ permissum est. Manẽtib⁹ nihil noci
tum omnino fuit. Rebus cõpositis petrũ breseyuꝫ comes
dunensis oppido pręposuit. Carolus eodem tpe ex car
notẽsib⁹ vernoliũ venit ab incolis magna animi alacritate
& beniuolentia exceptus. Atqꝫ interim pictauẽsis sene-
scallus petrus bresseyus memorabile facinus adort⁹ est. Est
castellũ apud normannos lõgnyuꝫ cui pręextendit atriũ Longnyũ
patẽs (quod bassam curtẽ franci dicũt) fossa muroqꝫ circũ
septũ. Ei castello præerat sanctimarianus francisci arago-
nensis gener: habẽs ad loci pręsidiũ milites ducẽtos: quos
in atrio ptinebat. Cũ hoc bresseyus colloquio habito im-
petrat castelli deditionẽ oportuno tpe a se faciendã. Adue
niente cõuentorũ die bresseyus armatos longnyũ mittit:
quos sanctimarianus soceri amicitiã eiusqꝫ vxoris præsen
tiã parui ducẽs in castellũ clam p posticũ introducit. Qui
aũt in atrio stationẽ habebãt francis in castello pspectis ob
sistere quidẽ conati facile quasi & numero & robore inferi-
ores cœpto destituerũt: q oẽs capti & bonis spoliati sunt
pręter francisci vxorẽ q cũ fortunis (in generũ multũ prius
oblocuta) libera discessit. Sub idẽ tps caduceator a floq̃ Vernonẽ-
to ad vernonenses q sequanã in normãnis accolũt missus ses.

vt in Caroli ditionem fidemq; se cōuerterent a Iohāne do remonto loci præfecto irrisus est: dicente se quidē cū locī colis oppidi claues per q̄ libenter præbiturū. Nec morat⁹ ad clauiū artifices pergens doremontus: multas rugibine vetustateq; semesas claues caduceatori colligatas tradit. Cui respōdēs caduceator: hę inquit obsoletiores sunt q̄ vt tam celebris oppidi portis ꝯueniāt. moxq; ad comitē dunensem q interim proxime vernonē copias admouerat accessit: referens ea quę a doremōto gesta cognouisset. Illusione accepta: comes ad oppidi regionē q̄ ad rothomagos spectat ꝓsedit: dño de mouy & guillermo canuto alteram partem obsidentibus: quib⁹ erat francorū sagittariorū frequens manus attributa: q ad belli necessitatē recēter fuerāt ex ruricolis delecti & a vectigaliū omniū contributione sine controuersia liberi. Enimuero ex ędibus sexaginta: vn⁹ assumptis armis ab iis qui domū restāt īstructus: & aureo tm̄ nummo dum domo egredit̄ donatus: in militiam pergit: & horū quidē egregia opera carolus multis locis prosperè vsus est. Ex eorū numero hi q sub dño de mouy & canuto militabāt. insula q̄ in vernonis conspectu est occupata: confestim pōtē q̄ in oppidū via est intercipiūt. Quare ꝑterriti oppidani ex suis ad comitē legāt iohēm abaronē anglū & guillermū daguenetū cū aliquot loci bonę opinionis incolis. Quib⁹ ad comitē admissis: Daguenetus ita locutus esse ꝑhibet̄. Ad vernonēses (illustris comes) caduceatorem misisti q eos regis tui noīe admoneret: se atq; oppidū eius potestati ꝑmittāt. Igitur ad te venimus vt nobis dicas q̄obrem admonēdos nos esse ducas & quid a nobis tibi faciendū putes. Comes vt modestus erat respondens non ignoratis inquit viri oratores vernonem cū arce & circūiacenti agro ad Carolū regē paterno iure ꝑtinere. Quę cum vel vi vel dolo ablata hostis occupet: nunc patri ad regnum succedens carolus: ea sibi restitui iure optimo petit. Fuisse nanq; per supiores annos multa gesta bella quibus

Institutū francorū sagittariorum

Oro comitis dunensis ad vernonēsium oratores.

vastatū regnū attritusq; ppls diu multisq; misere elāguit: demū inducias inter principes intercessisse: vt interim cōcordię via pararet. Sed parum in fide stātib9 anglis: medio induciarū tpe feugeras occupasse & expilasse: quaz adhuc tenerēt tametsi cōpluribus conuentionibus de redintegrando dāno fuisset tractatum. Tā multis iniuriis acceptis: carolum ex procerum consilio constituisse iustissimis repetere armis quę a patre atq; a se angloruz perfidia sustulisset Eam causam esse q̄obrem vos de deditione faciēda admonere præcepimus. Postq̄ hęc a comite dicta sunt qui missi fuerant seorsum a contione secedētes: recusantibus anglis deditionē oppidani caroli se partes sequi omnino constituerunt. Relictis propterea apud comitem obsidibus: vernonem repetentes: vernonetum imprimis (idem arci nomen est) restituere. Verū q a rothomagensibus non plurimū vernonenses absunt: & inde subsidiū affuturum sperarent oppidū dedere ea lege pollicentur: si anglus suppetias illis infra proximum sabbatum non ferret. Constituto die quia se destitutos ope ītelligerent: emissis libere ex psidio anglis: dunensem comitem in oppidum vernonenses admittunt: qui loci atq; arcis custodiaz rigaldo de fontanis assignauit. Dum hæc vernone geruntur carolus ebroicas: deinde louuerium petens: ab incolis incredibili lęticia exceptus est. Quo tpe guillermus canutus arcem q̄ dangu appellatur ex prefecto portugallo voluntaria deditione recepit. Et sancti pauli comes gorneyum in fide admittēs oppido atq; arce a carolo donat9 est. Comes itē dunensis post quindecimū obsidionis diē haricuria potit9 ē

Interī mouentes ex vernone pceres ad carolū louuerii agentē cū ingētib9 copiis puenerūt: p quos dies rupis guidonis dn̄s eius noīs arcem quę ad euz ptinebat dedente se præfecto recuperat. Contractis ad louueriuz omib9 copiis: Carolus maturat ea persequi quę ad reliquā normāniā subiugandā opus erant. Carolū igitur arthesium comitē

Copię ad carolū cōueniunt.

dem: sancti quoq Pauli comitē & iohannē saueusum cum quattuor armatorū milib⁹ ad nouū castrū cui p̄fect⁹ erat adam billotonus anglus in p̄sidio habens quadragīta su pra cētū milites ꝓficisci iubet. Captū est oppidū vi / arxq recepta: cōcessa anglis facultate suas ide fortunas exportā di. Dunensem p̄terea comitē carolus alteras copias duce re chambrassiū mādat: quē cōplures franci ꝓceres vno ex ercitu comitati sunt. Inter quos fuere comites claromontē sis & niuernensis: doruallus & ialōnus frācię marescallus. carolus culautus: petr⁹ breseyus: gaucurtus: buellus pedi tum equitūq milia quattuor educētes. Castris ad chābra siū admotis post diē octauū: guillermus ermit⁹ anglus ar cis p̄fectus (lege cū francis libere discedendi ꝓposita) loco cessit. Erat dessayū in alenconii ditione castellū quod an glus multis annis tenuerat: ab eoq lacus nō longo multū iteruallo distans. Hunc lacū cū hi q ad dessayū erant expi scandū p eos dies accepissent: plerīq lacū petunt pisciū cō cupiscētia illecti. Ea re p nūcios cognita: alēconii dux con tractis ex tpe copiis: ad lacū occultis itinerib⁹ cōtendens: anglos illic palātes oēs itercipit. Captosq in dessay cōspe ctu sistens: eos neci destinat nisi arcem dedant. Deditū op pidū est & castellum. Ex dieppa quoq q in p̄sidio erāt partim fœcanū cœnobiū quod ad occeanū est petētes no ctu expugnant. Nec longa mora iterposita ecce ab anglia nauis q̄ circiter centū milites ad fœcani presidium ferebat: ad portū appellit. Quos fœcanę oppugnationis ignaros & ideo in cōtinentē egressos franci ꝓhendunt. Ad hęc britānię dux: francorū suorūq robore stipatus ex britan nia cōstantiā ꝓfectus ciuitatē secūdo sui aduēt⁹ die (abeū tibus ide anglis) cepit. Eadē fortuna nulloq negocio san ctū Laudū & vicinas arces nō paucas occupat vbi ex fran cis presidiū cōstituit. Sub id tēpus alenconiēses ad du cem suū missis clam nūciis: patere illi aditū in oppidū ꝑ mittunt. Quo nūcio dux spem recupandę hæreditatis ca

Chābrasium. Dessayū. Fecanū. Cōstātia. Sanctus laudus. Aleconiū

piens: ꝓtinus copiis ad oppidū collatis ab icolis itromittitur: anglis in arcē fugientib⁹ quā fractis animis defensantes paulo post ducis se arbitrio dedidere. Auxiliat⁹ est duci ad hanc rē ludouicus bellomōtus q ex cœnomānia ad eū sexaginta eqtes ducēs cōuenerat. Fuit eodē anno. M. cccc.xlix. apud vascones francis fortuna (sicuti cœperat cā didior gastone fuxi comite maulissonē obsidēte: q a carolo vasconię regionis ad pyreneū vsq; administrationē receperat. Erāt gastoni in obsidione tria eqtū & decē sagittariorū milia. Quorū repētino conspectu ꝑmoti oppidani ad gastonē nūcios de deditione misere. Angli vero vbi id cognouerūt: in arcē quę in edita rupe est ꝓfugerunt. Itaq; maulissone recepta: comes fuxi cū accepisset in arce pœnuriā frumēti & cōmeat⁹ esse: rupē ex omi parte circūuallat. Cui aīo obsistēdi: rex nauarrus (cui⁹ filiam gasto habebat vxorē) sex varii gn̄is hoim milib⁹ ꝯtractis: cū gastonis militū ordinē roburq; explorasset: suis paulo retrocedere iussis: ad comitis se colloquiū admitti īpetrat. Coiere paruo militū nūero pricipes: mille a castris francoꝝ passib⁹. Vbi rex nauarr⁹ comitē allocut⁹. Miror te inqt carissime gener neglecta veteri nostra amicitia maulissonē quā tuendā michi angl⁹ cōmiserat vīdicasse: & nūc arcē quoq; capere conari: cui me⁹ conestabilis suo & anglorū noie ꝑsideret. Ad regis verba gasto ad sequentē modū respōdit. Affinitatē recte rex illustris cōmemoras: q̄obrē tibi & beniuol⁹ & obsequēs esse debeo: si alio me nō duceret parendi necessitas & honestas officii. Carolo regi subiectione & fide cū sim īprimis obnoxi⁹: tum ob id maxime q̄ vasconiā meę tutelę supposuit: iussus ab eo maulissonē cepi. neq; hinc abscedā donec aut alter me fortior extrudat: aut arcē ad caroli ditionē redire cōpulero. Comitis volūtate cognita: nauarrus copias ad se reduxit. Obsessi vero īpetrata discedēdi securitate arcem dedidere. Eodē tpis tractu q̄dam in normānia arces captę sunt a dn̄o de blāuilla: touqua: in rupe

Gasto fuxi comes.

Maulisson.

Nauarr⁹ rex āglos secutus.

Gastonis responsio

Do⁹ bo lo superat

ꝓxime occeanū extructa: a dunensi comite argētonū: vbi simulato metu de muro de deditiōe ꝓlocut⁹ hostis: arma cū pararet: quidā in ꝑp̄lo primores: diuersa qua āglus pte dolos agit: frācos affati fraudē manifestāt: orātes signum quod prę se ferrent sibi ꝓten⁹ dari. Oppidanos ꝯstituisse carolo regi parere: anglis expulsis. Signo recepto / francos admonēt eo accedere quo signū in muro erectū cernerent se qdē illos in oppidū accepturos. Admissis ꝑ muros bono numero frācis: angli suo cōmēto frustrati: in arcē ꝓpro pere ꝯfugerūt. Quā nō multo post dedidere: ex suis fortunis oībus: p̄ter baculū vnū nihil īde exportātes. Nec fuit oliuerio de carsalio p̄sidii p̄fecto melior ꝯditio. Per eos dies castellū gaillardi loco edito ad sequanę ripā cōstitutum (carolo ī obsidiōe agēte) captū est. Frenei quoq₃ arx ab alēconii duce (dedētib⁹ se libere āglis) recepta Gisortiū p̄terea richardus merburus anglus carolo restituit. Donatus ꝓpterea a carolo sancti germani in laya ditiōe atq₃ p̄fectura: duos īsup liberos iohēm atq₃ hemonē q apud pōtē audomari capti in custodia tenebant recepit. Gisortio p̄posit⁹ est Gaucurt⁹ veteranus auratę militię eques: rerū gerendarū longa experiētia & fide in regē spectat⁹.

Johānes gaucurt⁹.

Tot ꝑ normāniā locis potit⁹ rex: cū & ꝓcerū p̄sentia & robustissimo exercitu īstruct⁹ esset: ꝯtractis ad nouiburgi planiciē copiis / dunēsem comitē sequanā (rothomagū versus) trāsmittere iubet p̄missis ad ciues caduceatorib⁹: q ciuitatē ad caroli ius repeterēt. Quos hostis cōminata illis morte audire recusauit. Tenebat. n. ciuitas firmissimo anglorū p̄sidio. Caduceatorū relatione ꝑcepta: carolus copias ad ciuitatē ꝓmouere mādat. Admotis in vrbis cōspectu militibus: atq₃ ꝑ caduceatorē de dedēda ciuitate ciuib⁹ iterū admonitis: postq̄ triduo toto quo illic acies ꝯstitit: nemo ī colloquiū ꝓdiret: ingruerentq₃ cōtinui imbres (erat. n. hyemis principiū) dunēsis comes ad pontē arcis se recepit: diuersantib⁹ ꝑ circūiacētes vicos ad hibernandū militib⁹. Dū hęc ita

Rothomagus obsidetur.

rothomagi agunt: aliquot ciues quib⁹ grauis eēt anglorū pricipatus: duas turres cū muro ītermedio p̲ speciē custodię occupant: aīo quidē francos oppugnatiōis tp̄e in ciuitatē admittendi. Ea spe erect⁹ Carol⁹: dunēsem comitē cū oībus copiis rothomagēses adoriri iubet. Posito in cōspectu ciuitatis toto exercitu: duas acies dunēsis īstituit. vnaq̄ cui ip̄e p̄erat ad portā (q̄ bellouaca dicit̄) sistit. Altera quā claromōtensis comes carol⁹ ducebat iter furcas & ciuitatē se locat. Expectātib⁹ in eo ordine frācis: si quod a ciuitate signū ꝓdiret: venit ad eos hora post meridiē ferme secunda hō eques renūcians duas turres a q̄busdā ciuib⁹ nō alia cā teneri q̄ vt opē accedētibus francis afferrent. Quo nuncio admonit⁹ dunēsis sagittarios ad eam partē qua turres erāt mittit. ip̄e vero pedes (reliquo comitāte exercitu) subsequit̄. Iam scalis erectis quadragīta armati in ciuitatē euaserant: cū Tallebot⁹ cū trecētis egregie īstructis peditibus ꝓperans: militare vexillū in summo muro sistit. Moxq̄ ī eos q̄ murū superauerāt / & q̄ turres tuebātur debacchat⁹: sexagīta trucidat p̄ter aliquot quos seruādos delegit captiuos. Qui vero p̄cipiti lapsu e muro in fossam volētes se demittebant: vel crure vel brachio (paucis īcolumibus) sunt mutilati. Post secundā oppugnationis diem rothomagēses īdignati aliquot ex suis nō mediocres ciues a talleboto occisos esse: neq̄ parū formidātes ne altera oppugnatiōe expugnati p̄da fierent francis: primores ciuitatis (assumpto suo archiep̄o) cū populi turba ꝓdeūtes. sombrecetū forte ducē quē rex anglus normānię prefecerat: p̲ viam offendunt atq̄ ad īsequentē modū pontifex alloquit̄. Nosti clarissime dux q̄ proxime nos circūsedit francorū exercitus: neq̄ miserā ciuitatis cōditionē ignoras. Secūdus nūc atq̄ quadragesimus dies agitur: quo nec frumēti neq̄ vini neq̄ lignorū quicq̄ ad nos importatū est Oīm rerū & maxime annonæ caritas apud nos est: p̄necessarium est si salui esse volum⁹ / rem cum francorum rege ꝓponere. Liceat

Tallebotus.

Pontifex sombrecetū alloq̄t̄.

Igitur tua cum venia reipublicę & tuę saluti cõsulere. Mittere legatos qui icto cum francis qualicũq; fœdere ciuitatẽ quiete aliqua leuẽt. Hæc põtificis oratio q̃uis duci nõ cõueniret: circũ tamẽ aspiciens cũ paucis satellitib⁹ inter populi turbã se stipatũ intellexit: ferocitate cęlata: humilitatem prę se tulit: se inquiẽs boni cõsulturũ quod ciues optimũ factu arbitrarent̃. Moxq; ad publicas ciuitatis ędes se conferentẽ: põtifex & populi melior pars secuta est. Ibi cõmuni assensu põtificẽ cum aliquot ciuibus atq; equitibus anglis oratores constituũt. Quibus mãdata dãt francũ regem cõuenire: & cũ eo pacis q̃ optimas ꝯditiones possent impetrare. Igit̃ pręmisso ad põtisarcẽ pontificis officiali: qui ꝓficiscendi ad carolũ securitatẽ legatis obtineret: securitate habita ad sancti andoeni portũ trib⁹ passuũ milibus ab ipsa põtisarce distantẽ oratores cõuenere. Affuere caroli nomine dunẽsis comes: cancellarius: petrus bresçyus: & guillermus cousinotus: & nõnulli alii ex regio consilio literati homines. Cõsidentibus vtrinq; legatis: rothomagẽsis põtifex orat rothomagẽsib⁹ imprimis remitti si quod ab illis in carolum regẽ perperam gestũ esset: Id quicquid esset non incolarum malicia neq; franci nominis odio sed ꝙ anglorũ potẽtatui inuiti subiicerẽtur fuisse perpetratũ. Nunc regis potestati se ciuitatẽq; ꝓmissuros si cuiq; liberũ foret vel abire quo suus anim⁹ inclinaret: vel in ciuitate saluis fortunis incolere: Si tñ ad discedendũ pateret anglis sine offensione ad suos cõmilitones via. His tñ a pontifice postulatis nihil detractũ est: mõ iuramẽto firmarẽt ciuitatẽ in Caroli ditionẽ posituros. Adiurati: cũ in vrbẽ noctu reuertissent: gestorum a se rationẽ donec illuxisset ponere nõ valuerũt. Coacto postera die cõcilio: cui sombrecetus assistẽtib⁹ plerisq; anglis p̃sidebat: postq̃ legationis seriem põtifex enarrasset: ciuib⁹ cõuenta probantib⁹: indignãtes angli cõcilio egressi: alii in palatiũ: alii in arcẽ rapti armis se receperũt. Qua re cõmoti Rothomagenses: arma

quoq; desumpsere: cõstitutis passim aduersus hostiles in- sidias excubiis. Simulq; anglorũ a se discessionẽ per nũciũ carolo significãt: vt sine cũctatiõe subsidiũ illis ferat: vno oẽs animo esse recipe illũ in ciuitatẽ. Interim cũ ii q excu- babãt: anglos quosdã p vias armatos incedere cõspexisset septẽ ex illis trucidatis reliquos in suas munitiões reppu- lerunt: murorũ parte cũ aliquot turrib⁹ & portis occupa- tis. Nec longa interiecta mora dunensis comes cũ ingẽ- tibus copiis veniens: Sanctę katherinę cœnobiũ quod in colle ciuitati adiacẽte situ3 est (anglis q in prę sidio erãt sese dedẽtib⁹) recepit Quib⁹ ne p viã honfleũ petẽtibus pdãdi occasio esset: carolus pecuniã ad quotidianã impẽsam do nare iubet. Mox vero cœnobiũ ingredit. Dunensis autẽ comes ad portam quam marchauillam dicunt castra fecit Anno christianę salutis millesimo quadringẽtesimo qua- dragesimonono. Ad quem ꝓtenus accedentes ciuiũ pri- mores ex ꝓpugnaculo quod ꝓ ianua erat ita sunt ꝓlocu ti. Faustus fœlixq; regi & nobis tu⁹ ad nos illustris comes aduentus sit: populi siquidem iussu tibi occurrimus: por- tarũ claues repsentantes: quo ĩtelligas patescere franco mi liti in ciuitatem aditũ: & quem voles ex totis copiis nũerũ ad nos ĩtroducere. Quib⁹ dunensis comiter respõdit: nõ suo quidem sed eorum arbitratu se omĩa gesturum. Visũ3 est mille equites cũ suis sagittariis q in ciuitatẽ admitteren tur satis esse. Horũ pars ꝓxime palatiũ (quo sombrecet⁹ atq; tallebot⁹ suũ psidium continebant) stationẽ3 habuit Altera inter palatiũ & arcem sedẽ3 accepit. Tertia duce pe tro bresevo: in ipo arcis ꝯspectu ꝯstitit. Reliqu⁹ exercit⁹ in gens qdẽ & supra q̃ añ ãnos mltos visus fuisset copiosus p agrum qui ad bellouacos spectat diuersat⁹ est. His sicuti annotauim⁹ ordinatis: angli q põtẽ ad sequanã amnẽ te- nebant se dedidere. Sombrecetus vero orat ad carolũ ire si bi liceat. Admissus petit id ratũ haberi qđ Rothomageñ. põtifex de reddenda ciuitate apud sancti Audoeni portũ

ad se venies retulisset. Cui ad huc modu Carol9 modeste respodens. Rem inquit sombrecete paru; equa efflagitare videris. Poteras equo iure cu rothomagensibus frui cu de deditioe agere. Sed tu aduersus pacis lege pugnas quatu per te fieri potuit spem in armis reposuisti. conat9 ciues a me auertere. Constitui ppterea te e palatio nunq dimissurum donec libera ciuitatem vna cu hofleo: & reliquis que tui occupat locis in mea ditione restituas. Postq hec sombrecet9 accepit: valedices regi in palatiu remigrauit comitantib9 illu; comitib9 Claromotano & Deu. Postridie palatiu arceq; obsidere Carol9 iubet. Sombrecet9 aute vbi ad oppugnatione parari ta diligenter oia a fracis videt in colloquiu cum Carolo admitti petit. Ad rege; cum venisset: eade quae pri9 postulas: vt ea quae fuerat Rothomagesib9 indulta coditio sibi suisq; pmaneret: respo sum accepit: id se frustra sperare qui apud sancti andoeni portu conuenta recusarat. Atq; ita a carolo sombrecet9 in palatiu digressus est. At dunesis comes Caroli iussu palatiu; arceq; fossis circuuallat: ne obsessis egrediendi facultas vlla esset. Igitur machinis tormetisq; circu admotis: Sombrecetus dunensem ad colloquium vocat. Data vtrinq; fandi potestate: & diurnis per vices induciis cofirmatis: postq diu multuq; vltro citroq; itu atq; reditu est. Couenit sombrecetu cum vxore & fortunis suis atq; anglis liberu; dimittere: ea lege vt aureorum quinquaginta Carolo pacis tractatorib9 milia sex persoluerent: ere quod a ciuib9 & incolis angli contraxerant imprimis dissoluto. Oppida preterea atq; arces ab anglis per normannia occupatis restituere t. His iureiurando roboratis & obsidibus: inter quos Tallebotus erat datis: sombrecetus dimissus est. Qui date carolo fidei non oblitus thome hou & fouqueto ethoni mandat loca de q bus pueneratin caroli potestate reponat. Reposita oia pter harfleu sut: qua arce corsonus q ea praesidio tenebat relinquere pernegauit. Que ca fuit: vt vnus obsidiu Tallebo

tuis aliis abeūtib' i custodia seruaret. Emissis rothomago anglis kalendis nouēbribus (oīm sanctoꝝ solennibus rite religioseq; absolutis) carolus regio apparatu ciuitatē ingressus: mira admodum exultatione & oīm leticia exceptus est. Dū hęc rothomagi gerunt britonū dux feugeras dedēte se francisco aragonensi recupat: q ab anglis quoq; deficiens francoꝝ partiū fuit. Mathagotus prӕterea (q belesinū presidio anglorū tenebat) postq̄ nullo suorū subsidio se adiutū iri cognoscit. locū duci alenconii liberū dimittit. Fusam itē per id tps fuisse inuenio anglorū cohortem ad gaurayū normānię oppidū cū frumentatū pergerent. Hęc cędes a militib' comitis sancti pauli ducib' gaufrido courano & Ioachino roaldo facta esse tradit. Postq̄ tps quod satis ad res rothomagi pponendas erat/ carolus exegit: caudebecū pfectus: harfleū exercitum duci iubet.

Carolus rex rothomagū ingreditur.

Recupat feugere.

Harfleu.

Cui' obsidio difficultatē multā afferebat. Tū ppter maris ęstuaria. Tū ppter hyemis aspitatē q̄ & gelu & ymbrib' plus solito ihorruerat. Neq; in agro vicino ędes aut tuguriola erāt ad militū stationē sed vt qsq; meli' poterat scrobib' ad hoc effossis: sedē sibi parauerat paleis atq; genestis eas obtegētes. Pręerāt tormentis atq; impedimētis iohannes & iaspar bureau fratres idustrii homies. Hi vineis atq; aggerib' extructis: bombardas sexdecim ad quatiendum harflei muros in ipsi' ęstuarii arenis statuerāt: ita vt p fossas ad oppidi pxime muros tuto pueniri posset. Et Carolus quidē casside armat' & manu clipeū ferēs. iterdum ad opus visendū accedebat. Ab occeano aūt quiq; & vigīti nauiū classis excubabat ne vel ab anglia obsessis suppetię pdirēt vel obsessis fugę adesset facultas. Hac tam arcta circūsessione coangustatus hostis: dunensem comitē ex muro secū verba habere efflagitat. Huic nomē erat Thomas auringan' in psidio habēs anglorū milia duo. Cōueniēte comite deu: cū diu fuisset de deditiōe fabulatū: tādē natalis dñici die decretū ē: hostē ifra kalēdas ianuarias loco exced

furum: suis inde facultatib⁹ sine cōtrouersia exportatis. Id decretū sigillis sex francorū ꝓcerum firmatū est: & ab hoste octo obsides dati: kalēdarum die harfleū receptū & obsides restituti. Quinto post die relicto firmo pręsidio carolus honfleū copias mittit. Ipse interim in cœnobio gemetensi diuersat⁹ est. Quo ad eū agnetē (quā ꝓpter egregiam speciem bellā appellabant) venisse iohānes charteri⁹ gestorū caroli scriptor tradit: eo aīo vt regē admoneret ꝓditionis qua in eū qdā cōiurauerāt. De hac agnete cōstans mea ętate fama fuit eā a Carolo adamatā fuisse & puellā breuissimę vitę peperisse: q̄q̄ carolus ex se ꝓgnatā esse oīno diffiteretur. Decessit in eo cœnobio agnes condito sexaginta milium aureorū testamēto: vbi ex secta eius precordia humo tradita sunt: reliquū cadauer lochias elatū & in diuę marię tēplo sepultū. Fuit nāq; admodū lepida & faceta: luxuq; & vestiū cultu supra mulieris modestiā gloriabūda. Qui fastus q̄nquidē nō nisi grandi sumptu ducit: eius pōpę impēsam ad amorū mercedem carolus facere credebat. Accessit ad stupri suspitionē ꝓpinquorū agnetis ad dignitates ecclīasticas repetina ꝓmotio. Per eos dies comes fuxi cōtracta ingenti militū manu: Lantretū fratrem & fuxensem nothū obsidere guycem: validā in agro baionēsi arcem iubet. Id postq̄ nauarrus conestabilis cognouit: coactis anglorū copiis vna cū georgio soltinto baionensi prętore: natib⁹ per amnē qui baionā præterfluit vt obsessis auxilio adesset ducēs a francis (quib⁹ hostis aduēt⁹ prædictus erat) intercept⁹ est: & anglorū ducēti supra mille occisi: Georgi⁹ autem vbi male suis fauētē fortunā intellexit: Cuneo sexaginta equitū facto: per mediā francorū aciem irrūpens in ꝓpugnaculū arcis ꝑuenit. Vnde noctu egressus cū baionā se recipe festinat a fuxēsi notho fugiēs capt⁹ est. Ad hōfleū redeo. Quo ꝑmissi franci sagittarii dū reliquę copię aduenirēt aliquot ꝓliis cū hoste decertauerūt. Quo postq̄ dunēsis comes accessit: & tormēta admota sūt

Honfleū. Bella agnes. Guyces castellū ꝓpe baionā

Coursonus eques anglus honflei præfectus ad.xii.Calendas martias cędere arci:nisi infra eũ diem subsidio suorum iuuaret̃ ꝓmisit.Frustrat⁹ expectatione:arcẽ reliquit: fortunas suas secũ exportãs.Freneyũ itẽ receptũ est:libere abeũtib⁹ anglis:qui illud presidio tenebãt:recepto quoq; monforto ꝑfecto qui apud pontẽ audomari capt⁹ extiterat:ꝓ cuius redẽptione salutiorũ milia decẽ soluerũt. Eisdem diebus thomas cui quirielus cognomẽ fuit: cum trib⁹ hominũ milibus ex anglia normaniam appellẽs:vanlõgnas inuadit:quas post primũ & vigesimũ obsidionis diẽ(libere inde emisso a bello roaldo)capit.Nec diu illic moratus: ipse cũ suis & iis qui ꝓpinquioribus oppidis in præsidiis erant:Cadomũ baiocasq; mouẽs: per vada clemẽtis iter facere cõstituit.Ea re cognita Carolus comiti claromõtano mandat Thomã quirielũ ꝑsequat̃. Igitur assumptis castrẽsi comite: & petro breseyo aliisq; insigni virtute ꝓceribus: sexcẽtos equites cũ sagittariis ducẽs Gaufridũ ceuranum: Et ioachinũ roaldũ præcedere cũ suis cohortib⁹ iubet:q hostiũ iter exploret. Inuento tandẽ hoste: postremã aciẽ adoriunt̃.Occisis mox aliquot anglis: tãt illa fortuna contenti: paulo ab hoste seorsum se receperũt: donec inuẽtũ a se hostẽ comiti nũciassent.Nũcio accepto comes copias diligẽter ꝓmouet:& anglos assequi festinat: q ad vicũ formigniacũ q carẽtum inter & baiocas est:iam ꝑuenerant:& cõspecto ꝓcul frãco exercitu i acie stabãt instructi:adciscẽtes ꝯfestim sibi ex baiocis mathagotũ.Erãt illis a tergo pomaria & sepes q̃ francũ in eos ꝓgredi maxime ꝓhibebãt: Quare in ꝯspectu hostiũ veniẽs comes leuib⁹ ꝑliis anglos lacessit.Verũ multitudine militũ inferior richemõtem ex sancto laudo ad se venire ꝑ nũcium orat. Qui ipigre aduenit:iacobo luxẽburgo eũ comitãte:quos lauallus domallusq; & ioeacus seq̃bant̃: q ducẽtes & q̃draginta eq̃tes ꝑter sagittariorũ magnũ numerũ simul efficiebãt. Iam eñ comes claromõtan⁹ diu pedes pugnã cõmiserat: & paululũ Pugna formigniana.

cesserat loco: aliquot tormentis amissis cū richemōtus ex molēdino cui de fossa appellatio ē: vbi castra posuerat suos in hostē emittit. Quos postq̄ ad pontē quē de barra incolę vocāt cōcessisse mathagot⁹ cōspexit: ipse cū vero insigni eq̄te anglo & mille satellitib⁹: desertis sociis pars cadomū: pars baiocas petit. Desert⁹ a Mathagotho quiriel⁹ ad inferiorē ꝓfluentē (quo vicus alluit) cōmilitones suos cōcedere iubet. Illic commisso acerrimo prælio: sagittarii anglos fundūt: & partim interimūt se cum comite claromōtano ꝓtenus cōiungētes. Nec mora iussus a richemōte petrus breseyus superiorē anglorū alā īuadit: quosq; obuios ꝓsternens q̄q̄ viriliter anglus decertaret. Vtroq; cornu fuso: richemōtus superato fluēto hostē totis copiis aggreditur. Decertatū est eo loco īcredibili ꝑtinacia. Nec ꝓfuit anglo q̄ multitudīe ꝑstaret. Occubuere eñ septingēti septuagintaquattuor supra milia quattuor: & thomas quirielus cū aliis mille insigni nobilitate anglis capt⁹: octo tantū ex frācorū exercitu desideratis. Prę cęterꝭ frācis enituit eo prælio spectatissima monsgasconis & sancti seueri fortitudo. Nec caruit laude petrus breseyus plurimiq; habit⁹ est dn̄s māneyus Floqueti militū ductor: q̄ floquet⁹ effracto a calcitrante equo crure apud pontē arcis ęgrotus decubabat.

Parta insigni victoria frāci viruꝫ copias duxere: nō sine cōtrouersia: conestabili ne an comiti claromōtano eius victorię gloria deberēt. Plerisq; affirmātib⁹ in conestabilē victoriā esse referendā q̄ magistratu sup̄ior esset. Aliis contra cēsentib⁹ comitē claromōtanū ad id præliū a rege delegatum noīe fuisse: eiusq; auspiciis partā victoriā. Diremit cōtētionē Carol⁹: & rē sapiēter fortiterq; gestā claromōtano assignauit. Parisiani de victoria formigniana certiores facti: duodecim puerorū infra primā adolescentiā milib⁹ ad sanctū innocēteꝫ ꝯtractis: supplicationē ad diuę marię tēplū decreuerūt: singulis eorū lucernā cereā accēsam manu gestātib⁹. Viro quo se frāci ꝯtulerant recepto: claro-

montan⁹ baiocas cōtēdit richemōtus ad britonū ducē Uir⁹ capit Abrince.
pfect⁹ est q delecto exercitu abrincas circūsidere statuerat.
Circūuallata ciuitate & crebris p dies viginti oppugnatiō
nib⁹ vexata: Lanyet⁹ loci pfect⁹ cū præsidio libertate abeū
di ipetrata ciuitatē reliquit. Tōbellenā præterea arcē nō lō
ge a diui michaelis iugo distātē in rupe extructā: britonū
dux anglis (q̄q̄ frequētes eēnt) paruo negocio exclusis: Ca
roli noīe recepit. Eodē anno q fuit salutis q̄dringentesim⁹
quinquagesimus supra mille Carolus ad baiocēses dunen Baiocenses.
sem comitē cū exercitu legat. Qui nichil morat⁹ ad subur
biū quod Cadomū versus spectat castra fecit. Claromōta
nus comes & ipse castrēsis cū suis copiis alterā quę ad carē
tonū vergit occupāt. Dño de mōtenayo copiarum ducis
alēconii ductori & Roberto conigano scoto pars q ad di
ui frācisci cœnobiū ē cessit: atq3 ita trib⁹ diuersis locis baio
censes obsessi: dies quindecim grauē obsidionē tolerauere
egregie pugnātib⁹ anglis q in psidio erāt nōgenti lōgo ar
morū vsu bellaces. Itaq3 q̄q̄ crebro tormētorū iactu muri
p ambitū ciuitatis deiecti eēnt: facileq3 expugnationē fore
milites frāci existimarēt: inuitis principib⁹ bis vno die op
pugnationē tētauere. cupidi deturbare tota normānia an
glos. Accepi regnobertū quē in sanctorū numerū relatū
baiocēses magna religiōe venerant: q viuēs & baiocassin⁹
comes primū: & deinde eps extitisset: visū fuisse p quietē
dunensi comiti: eumq3 oppugnationis admonuisse: quā
miles francus apparabat: vetuisseq3 ne id pateretur: sed fu
rentem exercitum reuocaret. Id si faciat: bene quidem obsi
dionem sibi cessuram. si secus dispendium accepturū: at
q3 ea visione excitatū comitem mox ad milites properas
se: eosq3 ab oppugnandi pertinacia reduxisse: mathagotū
vero post quindecimam obsidionis diem ad colloquiū
cum dunensi comite accessisse: conditionesq3 suę & an
glorum ex ciuitate digressionis accepisse. Enimuero tam
etsi multa sibi concedi peteret: illud tantum impetrat:

abiret cũ suis cõmilitonib⁹ liber: armis relictis. Clariorib⁹ aũt fœminis singulos equos q eas veherent habere: equitibus aureos decẽ peditib⁹ quinq; exportare permissum. Interdictũ ne cadomũ sed chereburgũ se reciperent. Sub idẽ tps briquebecũ valongneq; a conestabili receptę: cum sancto saluatore vicõto. Deinde cadomũ obsessum qđ firmissimo pręsidio anglus tenebat. Richemõthus ad diui stephani monasteriũ stationẽ accepit: cui se pfestim comes claromõtanus cõiũxit. Erãt his militãtes eqtes mille duceti cũ quattuor milib⁹ & quingẽtis peditib⁹ duobusq; milibus frãcorũ sagittariorũ. Dunẽsis comes suburbiũ vãcellẽse obtinuit: quingẽtos equites: pedites quingẽtos supra milia duo: & totidẽ frãcos architenẽtes ducens. Affuere quarto post die niuernẽsis comes cum comite deu: & armatorũ fortissima manu: q orna amne p pontẽ ad idipm a frãcis ↄstitutũ: trãsmisso ad trinitatis cœnobiũ cõsedere

Cadomẽses.

Cõuenientib⁹ ad hũc modũ copiis: postera die ꝓpugnaculũ quod ad diui stephani ędẽ vergebat expugnatuꝫ est. Venit deinceps carolus & cũ eo renat⁹ sicilię rex: mille eqtibus: duobusq; sagittariorũ milib⁹ equo vectis: & totideꝫ francorũ architenentiũ milib⁹ stipat⁹: diuersatusq; ẽ apud ardaynũ monasteriũ vbi p tps obsidiõis habitauit. Auxit militũ animos caroli praesentia: & circũductis p ambituꝫ fossis: cuniculis ad oppidi mœnia succedebãt. Et ꝓpugnacula q̃ ad vancellẽse suburbanũ pro portis erecta erãt. Dunẽsis añ oẽs oppugnare cœpit: viq; expugnauit. Conestabilis vero nihilo segnior turrim q̃ ad anglũ oppidi sanctũ stephanũ versus extabat suis p cuniculũ missis deiecit. Ea ꝓlapsa hostẽ ita pterruit: vt de deditione mox colloquiũ iniret. Reb⁹ cõponendis carolus dunensem & cũ eo petrũ breseyũ iohannẽq; bureũ pręfecit. Anglorũ nomĩe richardus herissonus cadomẽsis praeses quẽ balliũ vocant & robertus gargeus cõuenerunt. Pro se eustacium gauttetuꝫ & diui stephani abbatẽ cadomẽses misere. Conuẽtionis dies

postridie festi diui baptistę iohis fuit. Pactū est anglos oppido excessuros: si infra iulias kalēdas ope subsidioq; suorū nō iuuarent. Ad cōstitutum diē cum nemo illis suppetiaret cōuentis paruerūt: oppidum arcēq; dedētes. Erat in arce dux sombressetus cū vxore & liberis: magno vallatus militū presidio. Naz ad oppidi custodiā quattuor anglorum milia fuisse memorant. Quib⁹ ad sua in angliā conuehēda naues date sunt. Liberato anglis cadomo dunēsis comes cū ducētis equitib⁹ & sagittariorū frequētia p arcē in oppidum ingredit. Quinto post die carolus a pplo magnifice exceptus: postq̄ magistrat⁹ officiaq; distribuit: exercitū fallesiam ire mādat. Dū cadomi Carolus agit venere a philippo burgūdorū duce oratores dn̄s croyus & iohānes croyus fratres: & darsius quoq; cāpanus eques aurat⁹: q Caroli filiā peterēt: Carolo philippi filio vxorem dari.

Procedentib⁹ fallesiam copiis: & iohāne bureo q impedimentis preerat multos sagittarios ducēs longo interuallo subsequēte: angli eruptiōe facta impedimēta adoriunt: quos cum ęgre bureus sustineret: affuit ꝓfestim poton⁹ cū valida cohorte cuius virtute in suas munitiones hostis se rettulit. Succedentibus deinde copiis: fallesia toto ambitu circundat. Cui obsidioni cum multo plures q̄ negocio cōueniret assistere carolus intelligit: richemontē cū parte copiaꝝ chereburgum mittit. Qui ad fallesiam manserunt multis subactis fossis tormentisq; muros quatiunt: obsessos nullo tpe quiescere pmittētes. Qua reueriti ādreas tresbotus & Thomas ethonus quos eo loci tallebotus ad p̄sidium cum quingētis supra mille anglis reliquerat ne vi expugnarent: ea conditione fallesiam ir. Caroli potestate reponēdā datis obsidibus se astringūt: si Tallebotū dn̄z suū (q apud druydas capt⁹ tenebat) Carolus liberaret. Exactis vndecim dierum induciis (nemine suppetias obsessis ferēte) & tallleboto recepto: angli q fallesiaz tenebāt liberi abire. Fallesiæ prefecturā potono Carolus cōtulit. Atq; in

Fallesia.

Dãfrõtū. de exercitus partem carolo culanto duce danfrõtuꝫ legat. Ea arx & si fortissima esset validoqꝫ anglorum pręsidio teneretur: hostis nichilominꝰ fortune praesentis iniquitateꝫ cõsiderãs: impetrata abeundi potestate oppidū cum arce franco ꝑmisit. Eadē tempestate xp̄ianę quidē salutꝭ anno millesimo quadringētesimo quinquagesimo franciscꝰ britonū dux qui Caroli partes ꝯstanti fide secutus fuerat: mortē obiit. Huic aduersus egidiū fratrē inexpiabile odium fuit. Propterea ꝙ anglicę factionis esset: neqꝫ vlla rõne vt ab ea resipisceret adduci poterat. Quare ĩ custodia habitus francisci tandem iussu a duobus satellitibus: mãtilibꝰ ad eius iugulū cõtortis strangulatꝰ. Eius necis culpã in mõtabanum q egidii custodiam a duce receperat britones referunt: dicētes egidiū quidē bono in francos aĩo fuisse sed mõtabani perfidia secus ac ille sentiret frãcisco relatū extitisse eiusqꝫ rei testes postea fuisse collegas mõtabani: quoꝝ pars vltimo supplicio affecta est: pars fuga vitę consuluit.

Egidiꝰ ducis britannie frater strãgulatꝰ

Nota.

In chereburgi obsidione res añ illã ętatē inaudita gesta est: cuius auctorē fuisse iohēm burēū traditū est. Est chereburgū arx ad maris ęstuariū sita loco arenoso & ad tormēta locãda solo instabili quo ꝑ dies singulos semel atqꝫ iterꝫ mare influit. In taꝫ malefido loco iohēs bureus tormenta stabiliuit obtegēs ea ꝯtra pelagi iniurias tegumentis coriaceis: q̃ multa pinguedine ip̄e deūxerat. Eo pacto puluis q in tormētis erat defensus: nullo maris humore vitiari poterat. ita vt restagnante pelago tormenta facile ad iactū erigerenꞇ & muros arcis ꝯcuterent. Rei nouitateꝫ admiratus thomas gonelus praesidii moderator: dedēdę arcis ꝯsiliū capit. Erat illi filius ob ęs cõtractū rothomagi obses. Hūc in preciū deditiõis sibi restitui petit. Quo recuperato ipse cū toto chereburgi p̄sidio in angliã liber dimissus est. Initio huius obsidionis occisus ex muro est praefectus coytiuus frãcię admiraldus bello strēnuus & fide erga carolum spectatus. Interemptus praeterea tedualus cormosianꝰ tre

censis prætor bello nõ illaudatus eques. Hęc chereburgi arx vltima locorum fuit quę anglis deuictis in normãnia Carolus recuperauit. Post annũ & dies sex q̃ bellum inchoasset: parua quidẽ hominũ cęde atq; strage si hostiũ multitudinem atq; potentiã: variasq; p loca victorias putes. Est eñ terra normannia vna metropoli & sex vrbibus quattuorq; & nonaginta munitissimis oppidis atq; arcibus potẽs: plerisq; vicis frequens ad ciuitatũ speciẽ extructis: quã sexto vix die expeditus pertrãseat: pecoris & piscium ferax frumẽti vberrima: pomorũ atq; pirorũ tam passim cõferta: vt hic potũ gẽs sibi affatim exprimat: & ad exteros copiose fructus exportet. Lanificii plebs studiosa est & bibax etiã pomacii quod siccerã vocãt. Gens oĩs suapte natura callida: nullis exteris legib⁹ obnoxia: morib⁹ suis & ꝯsuetudine quã ptinacissime tueť viuit: doli quidẽ & litis apprime gnara: quo fit vt cũ illa societatẽ aut negociũ sortiri exteri formidẽt: alioquin doctrinę & religioni dedita bello insuper idonea & fortis. Cuius egregia ĩ exteros gesta plurima referunť. Post subactam normanniã quã armis tuendã richemõtus accepit: Carolus ad aquitanos animũ cõuertit: quibus quadragita supra cẽtum annos anglus dñatus fuerat. primas eius belli partes recepit lemouicensis vicecomes & cum eo carolus culautus marescallus: potonus santralianus: petrus louuanius: ioachinus roaldus: & gaufridus de sancto belano. Hi ad bergeracũ agri petragoricorũ ducẽtes oppidũ circunuallant: admotisq; tormẽtis expugnant. Cui ad pręsidiũ pręficiť cũ centũ equitibus philippus culautus. Inde iosacum in dordonę amnis ripa situm mouentes: occisis quinq; & viginti anglis castellũ capiũt: dedẽtib⁹ se mox aliquot finitimis locis. Cũ ad aqtaniæ expeditionẽ pecunia ad militꝫ stipẽdiũ parũ sufficeret: delat⁹ ẽ xanconi⁹ regii fisci primari⁹ quęstor ꝙ regiã pecuniã male administrasset: idcirco ĩ vincula apd' turonos ꝯiect⁹ ĩgẽtẽ admodũ pecuniã regio se ærario derasisse ꝯfess⁹ ẽ. Igi-

Normannia et normanni.

Aqtania.

tur diuturno carcere castigatus q̃q̃ grauior peculatoris pœna deberetur: tñ centũ & vigiti milib⁹ aureorũ a benigno rege mulctatus est. Leue quidẽ ꝓ imenso furto suppliciũ.

Comes dorual⁹

Per id tp̃s doruallus comes albreti fili⁹ anglos exosus: ex basaco ad medocũ nõ ꝓcul a burdegala ĩsulam: prędæ gratia iter faciẽs: cũ sui curãdi & reficiẽdi cã in saltu q secus viã erat restitisset: certus efficitur burdegalenses duce suo maiore (sic.n. ciuitatis magistratũ vocãt) in eũ arma desũpsisse: atq; in ꝓxio circiter noue peditũ milia adesse. Quo nũcio minime exterrit⁹ doruallus: tametsi qngentos tñ: sed egregia virtute milites haberet / aciẽ istruit: moxq; hostẽ adorsus: sexcentorũ supra mille hoim cędẽ fecit: fugiẽte burdegalã duce. Cepit pterea ducẽtos & mille captiuos Hui⁹ victorię partes sibi merito vẽdicauerũt stephan⁹ vignol⁹ Robin⁹ petit⁹ q scotorũ cohortes ducebat. & alter militũ ductor cui lespinass⁹ cognomẽ fuit militari fortitudine atq; vsu exercitati.

Altercatõ de modo p̃standi fidẽ regi p britonum ducem.

Francisco britonũ duci cũ petr⁹ in pricipatu successisset / ad carolũ se cõtulit qui eo tẽpore mõbasonem icolebat. Veniendi cã erat fides carolo ob ducatũ prestãda: vtq; in regis verba iuraret. Fidelitatis sacramentũ soluẽtibus mos est cingulũ ensem clipeũq; deponere. q relicta / ad primariũ regis cubiculariũ ptinent. Postq̃ fide carolo p̃stita ea militię isignia petrus deposuit: Trenellus cãcellari⁹. Tu igitur inquit illustris dux: regi liberã prorsus fidẽ exhibes: eiq; vt dño pariturus te illi subiectũ ostendis. Cui ducis cãcellari⁹ qui iuxta astabat respõdens. Nõ inquit vt locutus es: francorũ regi se subditũ dux ꝓfitetur. Diuersa est & in hoc atq; aliis frãcię principib⁹ ratio fidei p̃standę. De hoc verbo cũ diu altercatũ fuisset. Et ego inquit Carolus o illustris dux: tuorũ antecessorũ more te admitto. Deĩde petrus ob mõtisfortis comitatũ in Caroli verba iurauit: nullaq; adiecta cõditione carolo fide se astrixit. In sequẽti vere rex dunẽsem comitẽ in aquitaniã legat adiectis illi copiis. Impatq; montẽguyonẽ circũside

re. Ad quē angolismorū dux nō longe post cū iusta militū manu: ipseq̨ iohānes bureus accessit. Fuisse in eo exercitu quadringēti equites cū suis peditib⁹ & gesariis: & tribus francorū sagittariorū milib⁹ referunt. Eques. n. apud francos is est q vno gladiatore & duob⁹ sagittariis militat publico stipendio alitus. In p̄sidio mōtisguyonis erat Arnoldus de sancto iuliano: qui desperata salute confestim ī colloquiū cū dn̄o rochechoardi & rochefoulādi iohāneq̨ bureo venit. Deditiōis ꝯditionib⁹ firmatis: cū ad diem p̄finitū nemo anglorū noīe suppetiatū arnoldo venisset ip̄e libertate cū suis bonis abeūdi obtēta: montēguyonē caroli potestati reliquit. His quoq̨ dieb⁹ dunēsis comes blayam q̄ e regione medoci īsulę in littore maris sita est duobus locis obsedit: qui in portę ꝯspectu statione sibi cōstituens: ad arcis regionē reliquas copias locat: q̄bus p̄fecti erant iacob⁹ chabānus & ioachinus roaldus: a mari vero iohānes bursarius classi imp̄itabat: armatos cōplures atq̨ cōmeatū vehens. Qui ad portū succedētes: quiq̨ ingētes hostiū naues ex burdegala obsessis subsidiū frumentūq̨ laturas cōspiciūt. Quas itrepidi adoriunt: & duro ꝯmisso p̄lio anglos in fugā agunt. eos ad stationē vsq̨ burdegalē sem p̄sequētes. Reuerso ex hostiū fuga bursario blaya tormentis quatitur: ita vt multis partibus muri corruerint & franci aliquot sagittarii de petri louuanii phalangę occidēte iam sole in muros ꝑuaserint: sequētibusq̨ reliquis oppidū vi ceperint ducētis ex p̄sidio partim occisis partim captis: cęteris in arcē se recipientib⁹. Quibus vita his conditionib⁹ salua fuit. Oīs in regis potestatē iure captiuitatis venirent. Vnde p̄cio dato se redimere postea possent bona sua oīa sub custodia deponerēt: nec īde quicq̄ exportarent. Liberati aliquādo in francos arma nō caperent. Nec captiuitate eximerent nisi ea q̄ per aquitaniā occupabant libera dimisissent: dimissis etiā quibusq̨ quos vel iure belli vel contracti æris obligatione ipi haberent in vinculis.

Eques.

Mōsguyon.

Blaya.

Erat cū anglis petrus de mōteferrato homo isigni nobilitate qui psenti libertate donat⁹ est. datis obsidib⁹ filio & nepote: donec decē aureorū milia psoluisset. Qui si itra quadragesimū diem fidelitatis iuramentū carolo pstaret: duo qꝫ suę ditionis oppida dunensi comiti seruāda cōmitteret pecunia absolueretur. Rebus apud blayam ita cōstitutis
Burgus. franci oppidū arcēqꝫ recipiunt. seqꝫ mox ad burgū conferentes (vbi berardus de mōteferrato cū quigētis bellacib⁹ armatis in psidio erat) loco potiūtur: dedentib⁹ se anglis & sua ide libere ex cōposito exportātibus. Eodē ferme tēpore quattuor locis frāci obsidionē posuere Albretus cū duob⁹ suis liberis & robusta militum manu arquas: armigniacus comes ryonē: comes de pointieure castillionē in petragoricensiū agro circūuallat. Dunēsis comes frōsacū natura atqꝫ arte munitissimā arcē petere iubet. Interim autem libournenses missis ad dunēsem comitē oratorib⁹ certis se legib⁹ caroli ditioni credidere. Obsessi vero quattuor locis angli cū accepissent burdegalos de deditione cū francis verba facere acerrime qdem se defendebāt: euentū conuentionis pstolantes vt vna cū ciuitate cōi pacto vterētur aut re infecta pditioni tēporū se accōmodarent. Sed q frōsacū tuebātur: obsidione angustati ad. xiiii. kalen. iunii arcem francorū potestati pmittere ꝓmiserunt nisi itra illam diem suarū partiū duces opem illis afferrēt. Postq̄ frustra auxiliū expectāt: fronsacū vt cōuenerat reliquunt cū suis bonis abeūtes: receptis obsidib⁹ quos ad ꝓmissi firmitatē dunensis comes acceperat. Dū hęc in pdictis obsidionibus gerūtur: burdegalēses ad dunensem comitē suos nun-
Burdegalenses. cios mittūt cū mādatis se atqꝫ ciuitatē cū ꝓuīcia vasconiæ caroli potestati diffinitis cōditionib⁹ summittēdi. At nos deditionis formulā nō subiicimus ꝓpterea qꝫ burdegalēses in fide nō māserunt: q̄q̄ exacta die qua ex anglia opem pstolātur: francos i ciuitatē iduxissent. Fuxensis comes & captaubussus burdegalorū exemplū secuti: in caroli di-

tionem venere: quibusdā adiectis conditionibus quas du nensis comes fortunā nō aspernatus regis nomie admisit. Pacata omi fere ꝓuicia: magna pars exercitus domum dimissa est quę viginti miliū robustorū virorū & qui armis assueti essent numerū efficere certo cognitū est. Superat vltima vasconū Baiona: quā missis cū expeditione comitibus fuxi & dunensi circūuallare carolus mādat. Obsidio ꝓpter bina fluenta doram & niuā quibus ciuitas pene ois alluitur: duob⁹ locis ita partita fuit: vt alter exercitus alteri suppetiari nō posset. Paucis tamē itercedentib⁹ diebus angli qui suburbiū sancti leonis forti ꝑsidio tenebant (rebus suis diffisi) suburbiū cū sacris locis icendunt: ad suos se recipientes. Quos isecuti ꝑpere frāci parū abfuit quin vna cū hoste in ciuitatē irrumperent: sed altissima fossa impediti impetu abstinuerūt. Postridie eius diei albretus & vicecomes Tartās(us) cū ducētis equitib⁹ & tribus sagittarioꝝ milibus sublíciū pontū qui ad sanctū spiritū ducit: per quez ad obsidentes hosti patebat accessus / occuparunt eūq; deficiunt. Erat ad mare ꝓpugnaculum quo eruptionē facere hostis poterat. Igitur imparatos itercipere francos rat⁹: cū clam milites eduxisset: bernardus biernus fuxensis nothus in hostem ꝓgressus eū in ciuitatez egregia virtute retrusit. Nec longa iteruenienté mora templū ciuitati ꝓpinquum fossis atq; aggere diligentissime munitum partim dolo partim vi atq; armis capit: atq; ita circūquaq; ciuitate conclusa: obsessi metu percellūtur. Nec tardant nūcios ad comites mittere qui colloquium impetrent. Quo assecuto: pax eis concessa est: si Iohannem de belmonte rhodium equitem præsidii pręfectum cum omni reliquo præsidio captiuum darent: reliquis ciuitatis incolis suis legibus relictis / si quadraginta aureorum milia in rebellionis mulctam persoluerent. Ad hunc modum Baiona Caroli ditioni restituta est. Die vero insequenti oriente sole sereno cælo crux candida in cælo visa ap- Crux candida.

paruit quã & frãc⁹ anglusq; palã ꝯspexit Quo cęlesti signo arbitrati ciues se diuinitus admonitos carolo parere: mox angli regis insignib⁹ abiectis cãdida se cruce (vt frãcis mos est) ornauerunt. Baiona recepta aliquot ex burdegala atq; baiona ciues ad carolũ q apud talliburgũ agebat: veniũt: fidẽ nõ secus q̃ suo regi exhibẽtes: baionẽsib⁹ aũt carol⁹ ex miliũ quadraginta mulcta viginti remisit. Eadẽ tẽpesta

Gãdẽses.

te gandẽses a philippo burgũdionũ duce discessere ob salis tributũ quod illis ãnuũ imponere conabaẽ. Hinc bello excitato: magna pars regionis cęde atq; incẽdio vastatur. Nec fuit philippo icruẽta victoria. Rediere tandẽ in ducis beniuolẽtiam gandẽses: rebellionis pœnas magno ęre luẽtes. In anglia quoq; ob reipublicę admistrationẽ dux eboracẽn. & sombresset⁹ cõgregatis copiis manu ꝯferere festinabant nisi epõrum studio atq; moderatione destitissent.

Constãtinopolis a turcis capitur.

Per id tẽp⁹ nicolao quinto ecclĩam romanã ministrãte: cũ turci capto bizantio gręciaʒ omnẽ fere occuparẽt: Guillerm⁹ destoteuillus rothomagẽsis cardinalis ad carolũ legatus mittiẽ qui iter frãcos anglosq; pacis arbiter esset. Nã tam potẽtib⁹ regib⁹ bello ꝑ odiũ occupatʒ: reliquos xpiani nõis populos a turcis iuadi & facile vinci põtifex verisimiliter formidabat. Legato carolus respõdit: dolere sibi ea q̃ a turcis gręcia patereẽ. Neq; se adeo i anglos esse ꝓcitatũ: quin positʒ armis ęquã honestatẽ paceq; admittat. Id semper nõ mõ optasse: sed & hosti obtulisse. Ea si interueniat: se armis milite atq; opib⁹ afflictis xpianorum rebus vltro auxiliaturũ. Traiecerat in angliã ad henricũ regẽ eadeʒ cã archieps rauẽnates. Cui ꝑ regis hẽrici ad id delectos cõsultores respõsum est. Cũ tm̃ terrę a frãcis angli sustulerint quantũ carolus ab eis abstulisset: tũ oportunuʒ fore vt de pace ꝯuẽtio habereẽ. Tã supbe verbum fecit hostis: cui de xpianorum eminẽti periculo nulla cura erat. Igiẽ legationis exitus inanis extitit. nisi q; scholę parisiensis deprauatos mores cõpositiores reddere legat⁹ studuit: excõicatio

Reformatio schole parisiẽsis

nis mucrone feriens eos q posita rū a se legū preuaricatores forent: q ve schole rectoratū id est primariū magistratum q tertio quoq3 mense finit: pecunie largitiōe reciperet. Qua lege ceteri quiq3 scholastici magistrat⁹ tenebant: ne solito strepitu atq3 largitione officia veniret. Dū hec a legato gerunt: iacobus cuerus caroli argentarius cū turcis cōmercium habēs: delat⁹ ē q ois generis arma ptra ecclesiasticā phibitionē ad illos importasset: opificesq3 & fabros eiusmodi artis ad eos demisisset. Christianū insup e turcorū seruitute forte elapsum dño suo captiuū remisisset: & ingētem per linguā occitanā pecuniā exegisset. Eas ob res ī carcerē Caroli imperio piectus est: deinde grādi ere mulctatus in exiliū deportatus. Pœnas quoq3 false delatiōis luit fœmina isignis cui mauritaniensis nomē erat. Inuenio sabaudie ducē per id tēpus in Carolū nō nihil cōmisisse: & propterea regem irritatū expeditionē in sabaudū duxisse. Delicti vero modū scribere nō possum quē a scriptorib⁹ nō accepi. In forestā carolus cū venisset (vnde breuis in sabaudos est transit⁹) legatus destoteuillus ad nicolaū pōtificē reuertens cognito caroli aduentu: ad ducē primū puerso itinere: mox ad regem venit: atq3 ita egit vt cōmissorū pœnitens dux oia satis carolo facturū iureiurando pmitteret. Ea ducis pœnitudine mitior factus rex domū copias misit. Legatus cœptū iter persequit. Interea burdegalēses vetuste anglorū psuetudinis & ptubernii nō obliti aduersus francos cōiuratione facta: dñm lesparrū cū aliquot ciuitatis optimatibus per speciem alicui⁹ cōuenientis negocii a se dimittunt. Cuius cōiurationis auctores fuisse referūtur mōferratus & dangladus fidei quā carolo pstiterāt cōtemptores. Euecti in altū qui burdegala egressi erant in angliam ad henricū se conferunt. Promittūtq3 se ciuitatē q3 suam eius potestati permissuros si exercitum in aquitaniam mittat: francorū apud eos nullas copias esse pter eas q in presidiis erant constitute minus ad cōserendū prelium

Jacobus cuerus.

Burdegalorū a carolo defectio.

sufficiētes. Legāt ad id bellū a henrico tallebot⁹ qui anglorum milia quinq; classe i pōnēs ad medocū insulā.xv.halēdas decēbris adnauigāt: cōfestimq; aliquot cohortes late dimittens terrorē incolis incutit. Burdegalēses audito tallleboti aduētu: alter ad alterū sermone clam habito: francorū præfectos liberos dimitti oportere ꝯsulebant. Hi erant coytiu⁹ aquitaniæ seneschallus & iohānes podiēsis ꝓpræ tor ciuitatis. Dum in dubio res agit̄ quidā secreto abeūtes portā anglis referāt. Nec mora vterq; præfect⁹ cum omni presidio & regiis magistratib⁹ ad hostiū man⁹ nulla cede cōmissa ꝓditi sunt. Cōiuratiōe ad carolū perlata: vtrūq; mareschallus cum doruallo comite & ioachino roaldo ad Claromōtēsem comitē qui aquitaniæ præerat mittit: sexcēti equitib⁹ & eis adiūctis sagittariis eos comitantib⁹ Sed diligēs hostis prius aliquot arces cepit atq; copiæ cōuenissent. Superuenerāt quoq; talleboto ex anglia quattuor milia armatorū cum octoginta nauib⁹ cōmeatū affatim vehētibus. Et castillio quidē fronsacusq; in potestatē tallebotí ꝑuenerūt. Carolus autē postq̄ turoni hibernasset nouas copias educens lisigniaci castra fecit: atq; idē ad sanctū iohānem ꝓgressus accepit charlayū oppidū a iacobo chabano vi captū esse multis anglis occisis atq; eos qui in turrim cōfugissent capite omnes punitos extitisse ꝓpterea q̄ prestitā carolo fidem abiurassent hostē secuti. Nec multo post castillionē in agro petragoricē. copias ducere Iohēachū iubet: attributis ipi octingentis supra mille eq̄tib⁹ cū sagittariis. Positis apud castillionē castris: Iohēs bureus & iaspar ei⁹ frater impedimentoꝝ prefecti septingētos quos cōtinēter habebāt fossores fossis circūdare castra imperāt. Cognito q̄d ad castillionē gerebāt tallebot⁹ eductis quinq; anglorū milib⁹ in frācos ꝓgredit̄ q̄ ad ei⁹ aduentū in vallū se festinante recipiūt. Pedites vero sagittarios segnius agētes tallebot⁹ circiter centū intercipit. Qua fortuna elatus cum francos fugere ꝑsuasum haberet: nec suę adhuc copię

Castillio.

oēs puenissent: paulo restitit atq; interim se curare milites iubet. Hęc mora franco non inutilis fuit. Nā interea vallū munitiorib⁹ tormētis munit: & se in hostē animose corroborat. Coacto oī exercitu tallebotus ad francos munitiotiōes ducēs: in vallū tumultuario impetu irrūpere ptēdit. Quē cōstāti ɣtute frācus exturbat. Vtebaī eo die tallebot⁹ (q veteranus esset) paruo gradario ex quo suos in prælīū aīabat. Reliqui vero oēs pedites dimicabant: & incredibili animi feruore castra oppugnabant: militaria signa longe plura ad ostētationē ferentes q̄ illorū numero puenirent. Pugnatū est diu atq; acerrime ita vt diu dubia victoria neutri spem pmitteret. Donec accito mōtabano & p̄fecto henaudoo cui britonū ducis phalāges audiebāt: frāci virib⁹ receptis hostē ppellūt: aliquot eorū signis occupatꝫ. Quā ob rem aīo tabescētes angli: cū Talleboti gradariū glande pstratū & ipm tallebotū a sagittario franco occisum conspexissent in fugā cōuertūtur. Occubuere in eo p̄lio octingenti angli obscuri nois cū quadragita viris illustribus in quib⁹ fuit talleboti fili⁹. Fugientiū vero atq; eorū q se amni dordonę credidere par numer⁹ fuisse referī. Mōferrat⁹ aūt Danglautus & caudali fili⁹ cū quiq; milib⁹ castillionē ptenus petiuere. Lesparrus burdegalam. At castillionēses q̄q firmo p̄sidio tenerētur deditionē tamē fecere: Caroli se oino volūtati pmittētes. Quorū cōsiliū secuti melionenses atq; libournēses dicto paruerūt. Quiq; nouū in media īsula castellū tenebant post quintūdecimū obsidionis diē a claromōtensi comite recepti sunt. Idem fecere blāchafortēn. cadillaci: sancti macherii īcolę: lāguonii & villēdrani. Nam ex angolismis carolus libornū veniēs hostē timore pterruit: ita vt paucis intermissis dieb⁹ aliquot oppida atq; arces ceperit: & burdegalā sagittarios miserit qui agrū vastarēt: extructo e regiōe ciuitatꝫ ppugnacło ī loco quē lormontū incolę dicūt: vbi ad pręsidiū cōstituti fuere loheacus/ ludouicus de bellomōte/ iacobus chaban⁹/ iohā

Moritur tallebot⁹.

nes & iaspar bureus frēs. Erat nō lōge in portu classis regia armis cibariisq; abūde īstructa in cui⁹ ꝓspectu etiā angli in nauib⁹ stabāt q ad nauiū tutamē ꝓpugnaculū exędificauerant vn̄ in frācos excursiones dieti faciebant. Sed tandē cōmeatu destituti: pressiq; cōtinuo francorū incursu: pręsertim cū finitima loca oīa sibi erepta essent: nec quo se reciperent haberēt caroli clemētiam poposcere. Erat em̄ carolus natura ꝑbenign⁹ & iam pestilēs aer exercitū offēdebat quāobrē recepta in fide burdegala: anglis dedit abeūdi potestatē. Durasum autē & lesparrū aliosq; ꝓditionis principes viginti relegauit. Sed lesparrus non multo post apud pictauos capitis suppliciū luit: q alterā in carolū ꝓditionem cogitasset. Atq; ita burdegalēsium reb⁹ cōpositis: claromōtano comite ad ꝓuincię custodiā præfecto: carolus turonū regressus ē: cū flueret a xp̄iana salute annus q̄dringentesim⁹ quinquagesimus terti⁹ supra mille. Quo tpe Guillermus edelinus theologus doctor sancti germani de laya prior: apud ebroicas ad perpetuū carcerē dānatus est ob falsę religionis cām: Nam cū illustris cuiusdā fœminę amoribus teneret: neq; cōsuetudine eius frui facile posset: demonē sibi patronū adhibēs: eum in arietis specie adorauit: a quo postea edoctus scopam sumere & inter fœmora equitis instar ponere: quo volebat breui momēto se traducebat. Quod ipietatis genus valdensiū esse dicit. Aduersus autē burdegalensiū leuitatē atq; pfidiam carolus duas apud eos arces extruxit quib⁹ in fide cōtineri ppls recens cōuersus posset. Per id tēpus cū de præsulatu auxitano duo diuersarū partiū ꝯcertarēt. Armygniacus comes caroli mandata aspernat⁹: alterū cōpetitorū iustinū noīe in sacerdotii sedē ꝑduxerat. Quam rē ęgre carolus ferens claromontanū comitē cū copiis in armygniacū mittit. Qui adiutorib⁹ comite dōmartino & floqueto eboracēsi prætore rebellē spoliauerūt terris suis. Otho quoq; castellan⁹ florentin⁹ & guillerm⁹ gōfierus simulachra q̄dā magica arte

Guillerm⁹ edelinus idolatra.

consecerãt: quorum nixu (vt ipsi stulte sperabãt) precipuã apud regẽ inter aulicos auctoritatẽ ꝯsequerent. Eius rei cã ad carolũ delati / alter Tholosæ / alter turonis in carcerẽ cõiectus est. Iohãnes præterea alẽconii dux caroli mãdato Parisii cõpræhẽsus meldunũ in custodia deducit. Ipse em̃ tẽporuꝫ trãquillitati inuidẽs & partę a Carolo quietis impatiens: nouos belli mot⁹ ab anglia ꝑcurabat: missisq; ad hostẽ frequẽtibus nũciis: hortabat appetere normãniam: se illis adiutorẽ fore pollicitus. Castella arcesq; habere se: q̃ oia veniẽtibus ꝑderent. Carolum ꝑcul abesse & tribus diuersis regionib⁹ copias suas cõtinere Loca multa prius occupare posse q̃ carolus sentiat: & vt firmore fide cõsilia ꝓcederẽt: filiam suã eboraceñ. ducis filio in matrimoniũ dare cõstituit. Ad hanc ꝓditioneꝫ ministeriis vsus est iacobi hay angli: thomę gilleti sacerdotis dãfrõti & hõtitonis caduceatoris angli & emõdi calleti. Quib⁹ occultũ signũ alẽconi⁹ hoc dat: pollicẽ ei⁹ dextrũ manu præhẽdere ad quẽ vel verba vel litteras eẽnt de hisce reb⁹ reddituri. Hęc postq̃ testib⁹ & ipsi⁹ alẽconii spõtanea cõfessione cognita sũt: Carolus apud vindocinas cõuentu ꝓcerum habito: iohãnem alẽconii ducẽ fortunis oibus priuatũ secundo postq̃ captus fuerat anno mortis supplicio dignũ pronũciari iubet. Sed clemẽs rex sententiã postea moderat⁹ est: nec enim mors proditori inflicta est & eius liberis fortunę restitutę.

Iohãnes alenconij dux capit

Ad hęc oia ludouici quoq; in carolũ cõtumacia itercessit. Hic em̃ cum natu grãdior esset occasione ex aulicis qui patri & reb⁹ publicis inseruirẽt sumpta ex curia in dalphinatum abire a patre impetrauit cõstituto ad hoc tempore mensiũ quattuor. Id seu suapte natura seu suorũ prauis cõsiliis fecerit non facile scripserim. Illud certuꝫ est ludouicũ molestissime perpeti: q a patre nõ satis ꝓ suo arbitrio pecunię & ꝓuentuũ sibi suggereret. Et domesticis eius dolebat: totam regendi auctoritatem penes quosdam aulicos esse q publicis officiis atq; magistratib⁹ pręfecti diuitiis ab

Ludouicus a p̃re deficit.

undarēt: Ludouico vero primogenito scilicet. Caroli obsequētib⁹ preter quottidianā impēsaʒ nichil illis supesset. Hac opiniōe ducti dalphinatū petiuerūt premētes oīa vectigalib⁹ & ab opulētiorib⁹ pecunias exigētes. Nichil eñ est quod indigēs nobilitas sibi nō licere putet. Cui⁹ rei cōscius fact⁹ Carol⁹ dalphinates petit: vt ludouicū apud viēnā vbi ꝓpugnaculuʒ in colle sibi ędificauerat cōpræhēderet. At ille patris aduētu ꝑterrefactus ad philippuʒ burgūdię ducē mox ꝓficisci festinat. Interim vero carolus omnē dalphinatū vēdicat mittitq; ad regni exit⁹ ludouici digressum obseruare. Qui nichilomin⁹ clam dilapsus: in brabātiam ꝑfugit: receptusq; ē a philippo: & debito honore habitus: apud quē annos fere decē mansit: Missis interim ad patrē oratorib⁹ q ꝯciliatū eū redderēt patri eiq; liceret ī patris ꝯspectū ꝑ aliquot annos nō venire. Addidit huic legationi philipp⁹ oratores se excusaturos ꝙ ludouicū hospitio admisisset tāti regis filiū cui ipse obsequi maxime teneretur: trepidāti quidē & patris irā potissimū formidāti: cupiēti quoq; ī turcos expeditionē ducere si coadiuuaret pater. Auditis vtrisq; legatis carolus respōdit: honoris plurimū ludouico quidē deberi si ī patrē debitā pietatē exsolueret: neq; philippū errasse ꝙ eū hospitē haberet. Verū mirari se que cā timoris ludouico fuerit: ꝙ tātopere trepidaret: cū patrē facilē & maxime mansuetū fuisset exptus: cui⁹ rei testes locupletes eēnt gabriel vern⁹ & celestinensiū auinionēñ. prior: q ob rē ipsam nicolai pōtificis romani auctoritate ad eū oratores aliquādo ꝯuenerāt: ꝙ vero postulationib⁹ nō acquieuisset mīme mirādū esse ꝓpterea ꝙ eius postulata optimorū virorū sentētię repugnarēt: q sentirēt nequaq̄ decere vt fili⁹ a patre atq; a regno ꝓcul abesset: ꝯsiliū secut⁹ hoīm ıprobōrū. Expeditionē vero in turcos ī ludouici mentē incidisse: se ꝓfecto admirari cuius ipse anteq̄ a patre discederet nunq̄ meminerat. Idipm nichil aliud esse q̄ dilationē vere erga patrē recōciliatiōis: eo maxime tem-

pore cũ hostis anglus vigilantissim⁹ esset regnũ francorũ repetere: aduersũ quẽ milite opus erat. q̃ vero dalphinatũ vẽdicasset: id ad terrę incõmoduz nõ esse cui⁹ incolę libertatem nõ amisissent: quos de hac re oratores ad dalphinũ ituros sperabat: q̃ nullius se incõmodi pressura vexatos testarent̃. Verũ neq̧ litteris neq̧ legationib⁹ ludouicus moueri potuit ad patris ꝯspectũ redire: diuq̧ res ĩ dubio fuit: an bello tãta discordia finiret̃. Sz dissimulata res ẽ: ĩterea q̧ carol⁹ interiit. Dũ hęc ĩter patrẽ filiũq̧ agitant̃ rex hungar⁹ magdalenã caroli filiam vxorẽ petit. Cui⁹ rei cã sexcẽtos eq̃tes turonũ ad regẽ mittit cũ ĩsignib⁹ munerib⁹. Erat laodislaus triũ regnorũ hũgarie/ bohemię: atq̧ poloniæ princeps: cui⁹ ope carolus cõstituerat ĩ turcos exercitũ aliquãdo ducere. Qui supra aliquot annos nicolao q̃nto romanã sedẽ moderãte ꝯstãtinopoli imperii gręcorũ caput ceperãt ĩperatore trucidato. De qua re ad caroluz frãciscus philelfus scribẽs eũ diligẽter admonuit: vt more maioruz suorũ fidei cãm tutelãq̧ reciperet. Hanc ꝯstãtinopolitanã cladẽ Mahumet⁹ turcorũ rex intulit quarto Calẽdas iunii anno xp̃ianæ salutis Millesimo.ccccliii. Excipiunt̃ a carolo legati ĩcredibili apparatu: Sed leticię & cõmuni omniũ gaudio se infœlix nũci⁹ admiscuit. Itaq̧ nũciat̃ laodislaus mortẽ obiisse cuius interit⁹ veneni suspitiõe nõ caruit. Legati nichilominus nõ mĩore cura accipiunt̃: comitati illustrib⁹ viris q̃ publica eos impẽsa leuarẽt donec ĩ germaniã demigrarũt. Intermissis paucis post hęc dieb⁹ petr⁹ britonũ dux diuturno morbo correptus ĩteriit. Qui successorẽ habuit richemontũ frãcię conestabilẽ morte post paucos dies absũptũ. Quẽ secut⁹ frãcisc⁹ aurelianẽsiũ ducis nepos ducatũ adept⁹ ẽ. Carolũ deĩde mors excepit cũ nũciatũ ei fuisset quosdã potionez apparasse q̃ interiret. Ea re tã vehemẽter turbatũ animũ ĩduit: vt dies septẽ totos cibo abstineret: hortãtib⁹ maxĩe medicis se ĩedia magis q̃ morbo affici Sz dũ edẽdo vitę ꝯsulit coercitis arteriis cũ stoach⁹ nihil

Cõstantinopolis capitur.

Laodislaus rex moritur.

Carolus egritudinẽ ꝯtrahit.

cibi reciperet absumiт̃: die festo diuę marię magdalenes sacris xp̃iano ritu p̃ceptis. Elatusq̃ est ex magduno yueriẽsi regia põpa ĩ sepulchro maiorũ suorũ. & ĩ diui dyonisii cœnobio sepultus. Rex p̃culdubio in quẽ fortuna asperrime primũ deseuiit tanq̃ exterminare eũ regno statuisset. Deinde blãde illũ attollẽs victorẽ gloriosum atq̃ dei benignitate patrię restitutorẽ effecit. Nã illud de eo scribi dignũ ẽ q̃ discordãtib⁹ de regno ãglis dux eboraceñ. richard⁹ regnũ affectans Henrico regi nõ dissimulato odio aduersari cœpit. Cui⁹ cœpt; hẽric⁹ occurrẽs grãdi exercitu ꝯtracto se cãpestri loco aggere & firmis munitionib⁹ vallato ꝯtinebat cõstitutis octo p̃ circuitũ portis atq̃ custodib⁹ sui generis ne q̃s nisi notus in castra se cõferret. Ad quẽ locũ richard⁹ eboracensis & varuici comes frequẽti populorũ manu instructi p̃mouẽtes cũ iã custodes clã haberẽt amicos: vallũ ingressi ad Henricũ p̃uenerũt quẽ depræhẽsum occisis aliquot p̃cerib⁹ q̃ hẽrico circũsistebat: lõdonias deduxerunt pręcedẽte illũ varuico q̃ ensem conestabilis more præferebat. Moxq̃ ad arcẽ q̃ Henrici præsidio tenebat̃ succedẽtes cũ illã obfirmatã inuenissent: pręfectos quattuor viros insigni nobilitate ad colloquiũ vocãt: p̃mittũtq̃ iureiurãdo adiecto vitã illis & fortunas saluas fore si arcẽ ill' pateface rent. Persuasi p̃ceres regi occurrũt: atq̃ mox salu tato henrico dũ illũ a tergo comitant̃: orta in pp̃lo seditiõe quidã in eos insiliũt: vnũq̃ illustrẽ apprime virũ: cui descallis cognomẽ erat mactant. Reliquos postridie añ arcis portam capite mulctatos quadrifariã exsecuerunt. Fidei rara est rõ apud eos q̃ imperii cõcupiscẽtia digladiant̃: q̃q̃ sceleris autorẽ pœna nõ p̃tereat. Itaq̃ superat ex hẽrici familia dux sombrecet⁹ q̃ iniquo aĩo ferẽs regẽ a cõiuratorib⁹ nõ secus ac captiuũ teneri cõpluresq̃ suę cognationis fuisse interẽptos: iuuẽtutẽ multã eorũ maxime quorũ parẽtes aut cognati perierãt cogit: atq̃ richardũ in planicie sancti albõis inuentũ plurimoq̃ milite ĩstructũ adorsus cũ plerisq̃ ali-

is necat. Cuius caput amputatũ q̃n quidẽ regnũ affectauerat straminea corona illudi iubet. His hẽrici aduersitatib⁹ pmotus carolus: lr̃as ad normanos dat: sinãt absq; cõtrouersia anglos ad se hẽrici partes secutos trãsfretantes regionẽ incolere: diuersariq; & in ea libere negociari. Tali profecto benignitate vsus est carolus in eũ q hostiliter illũ sępenumero fuerat psecutus: tẽtauitq; quoad fieri p eũ potuit hẽrico auxiliari vt eũ in libertatẽ vendicaret. Ad hunc modũ humanarũ rerũ mutabilis cõditio est: vt in sublime ꝓuectus casurũ se merito formidet: deiectus aũt nequaq̃ aio tabescat: Hẽrico fœlicia initia fuere: carolo cõtra. deturbatus ille regno est: hic in regnũ post mltas aduersitates gloriose exaltatus: & victoriosus appellat⁹. Pridie mortis ei⁹ visus est fulgẽtissimus cometa tãti principis interitũ præcurrens: & futurorũ nunciator.

LEni & mãsueto patri asper & vehemẽs fili⁹ successit ludouicus: consilio pręceps ingenio vario & domesticis vix satis pspecto. Nec dubia fides fuit Carolũ iuniori suo filio carolo regnũ si cõmode potuisset relicturũ: sed belli seminaria execrat⁹ ludouici mores atq; absentiã longanimiter tolerauit. Cogitauerat em̃ diu tacitus bellũ in burgundos mouere: plerisq; sibi assentientibus ꝓcerib⁹: & cũ ad id ꝓpẽsus esset: expectabat tm̃ belli aliquẽ motũ a burgundo excitari: ne tã autor dissensiõis q̃ ꝓpulsator iniurię esse videretur. De caroli morte nũcio accepto: pmulti q officia magistratusq; administrabant ad ludouicũ ꝓtenus gratulabundi se in Hannoniã cõtulerũt: sciscitaturi ab eo qd illos facere præciperet: impetraturi quoq; de suis magistratibus & officiis stabile firmamentũ. Fuere q pecuniã ęrario debitã & ad hũc diem conseruatam ludouico nouo atq; inopi regi psoluerunt. Quattuor tm̃ ex omni numero petitorum admisit: Petrũ orfauerũ: Nicolaũ louuerũ: quos ad ratiocinia regiorum cõputorũ consiliarios instituit: iohãne bailleto requesta-

rum cōiudice & in cancellaria referēdario ordinato: symonem carolum in eū quē prius magistratū gerebat restituit q̄q̄ iam fere ętate defectus esset: & nō nisi letica iter cōficere posset. Reliquos magno numero parisiū remisit: ei⁹ aduentū pręstolaturos. Interea cōfluūt ad ludouicū ornatissimi quiq; pceres q sacrandū nouellū regē remos perducerent. vbi iouenellus loci archipręsul eū more maioru; vnxit atq; bn̄dixit. Quo mysterio absoluto ludouic⁹ ad parisios protenus profectus est: nec facile scripserim quo fastu & pōpa a parisiacis sit exceptus. Nā vt silleā ppli ex oī francorū imperio ɔcursum: q ad festum diē conuenerat: mira erat p oēm ciuitatis publicā viā ludorū frequētia: gloriantibus inter primos burgundis: q in regnum sua opa reducē Ludouicū post longū a pr̄e discessum iactitabāt. Ex actis per hęc solennia aliquot diebus: cum Philippus burgundorū dux domū repetere cuperet: regē magnope cohortatus est: irā si quā animo in pceres cōcepisset deponere: obliuisci prorsus atq; oblitterare q̄ pręterita erāt: satis admodū esse illi q nullo tumultu rex esset & vocaret: & quia frater illi esset debere adolescentē amare atq; amplecti: & patris hereditatē cū illo legitima portiōe diuidere. Hęc atq; similia multa locut⁹ philippus ludouicū dimisit: picardiā reuisurus. At ludouicus q exulceratum animū haberet: & patrias leges iam didicisset: exteris morib⁹ p diuturnum vsu; imbutus multa partim suo ingenio: partim eorū q absentiā a patre exiliū fuisse reputabāt: agere cœpit & principes imprimis parui admodū habere Venationis oēm prope ɔsuetudinē prohibens: ita vt piaculum esset aues aut canes alere: cassibus vti: insidiari feris animātib⁹ nisi quoad ipē pmitteret. Et quod illi maximum ad eas q̄ superuenerūt discordias momētū fuit: magnopere nixus ē infime sortis hoīes prę procerib⁹ opulētos sublimesq; facere. quos ad suas vehementes volūtates obsequētissimos esse cupiebat. Non eñ ęquanimiter ferebat si quis dicen-

ti vel imperanti sibi quauis ratione aduersaret plus suopte ingenio q̄ cuiq; sapiētissimo fidēs. Fuit illi post annos aliquot inter pręcipuos domesticos iohānes du lude: iohannes balua quē cardinalē romanū sub Sixto quarto atq; innocentio octauo ipsi vidim⁹: Iohannes hebergus post baluam ebroiceñ. pręsul: dñs de foresta: oliuerius dyabolus: quē ludouicus sublata dyaboli appellatione malum: dein de dāmam cognominauit: stephanus ostiari⁹. Quib⁹ ministris pro sua volūtate diuerso tempore vsus est. Accessit his longo post interuallo doyacus versutus in primis & temerarius: supraq; generis sui conditionem audax. Ab his vt quisq; per vices Ludouico obsequebatur posthabiti principes & magna ps nobilitatis: desciscere a ludouico: seq; & suam dignitatem tueri constituunt. Igitur clandestinis nunciis quid singuli sentiant sciscitantes: postq̄ de sententia illorum satis constitit: britonum dux franciscus oratores ad Ludouicum qui pictauię agebat mittit: simulans nescio quid quod vtriq; vtile esset. Nec repugnat Ludouicus tantū petit ducem ad se venire: q ab oratoribus ꝓmissa pręsens confirmet. Dant fidem legati id se facturos: seq; prope diem vna cum suo principe reuersuros. Cum illi pictauia a rege abeuntes: duodecim tantum passuū milia confecissent: clam dilapsus carolus regis frater: ad eos se contulit: in britanniamq; festinanter profectus est. quo illum pręcesserat iohannes Dunensis comes discessionis caroli maxime consultor. Sic enim inter principes condictum erat. Nec defuerunt permulti proceres: qui eū mox relicto rege sequerētur. Qua re cognita iohannes borboniorum dux (qui ludouici sororē in matrimonio habebat) apto bello insurgit: & quicquid regii fisci in suis terris erat occupat. Crussolumq; & trainellum: atq; doriolū primores fere regis aulicos in custodia cōtinuit. Deditq; sedulo operam eximere de diui anthonii bastilda Anthoniū chabanum q illic ludouici edicto seruabat. Itaq; eodē ferme

tpe quo hęc gerebant. Anthoni⁹ noctu ad ducē aufugiēs magna lętitia ab eo exceptus. Quippe q̄ ludouicū nō diligeret: & futuro bello cōmodissimus esse sperabat. Huius ergo tam manifestę defectionis initio turbat⁹ ludouicus: Carolū de melduno Iohānem baluā: & iohānē præuotū ad parisios statim cū litteris mittit quib⁹ ciuitatis rectores & primos ciues monet: eminētis ob caroli fratris a se defectionē periculi. Intelligere se principes arma aduersum se mouere: opus ideo esse vigilantissima custodia: ne noui in ciuitate motus ꝓdirent. Vnā eorū ciuitatem esse regni caput: vnde reliquę vel belli vel pacis exemplū accipiant. Si in fide parisii ꝑmaneant: nihil sibi timēdū esse q̄ cōiurati moliant. Ea oratiōe ꝓciues ad audiendū parisii excubias cōstituūt/ adhibitis primariis portis custodib⁹ aliquot etiā prorsus obstructis. Cathenas p̄terea q̄ ad viarū compita negligētius curabātur reficiūt. Hęc dū parisii gerūtur: anthoni⁹ chabanus custodia elapsus ꝑ vastiniū iter faciēs/ sanctū forgeū & sanctū Mauriciū (quas arces goffridus cuerus p̄sidio tenebat) capit: bonis omibus direptis ipsoq̄ goffrido captiuo abducto. Insurgētibus tot reb⁹ nouis: Ludouic⁹ accito renato andegauen. duce (quē sicilię regem appellabāt) & Carolo cœnomanorū comite fortem. xxx. fere miliū militū exercitū cogit. Sed cū dies nō paucos ibi moratus parū admodū ꝓficeret: attributa renato caroloq̄ fratrib⁹ parte copiarū: q̄ britonū cœptis obsisterēt: reliquū exercitū in bituriges ducit. Biturigē tū ciuitatē pręteriit: quā magno præsidio a borboniensi notho fratris sui Caroli noīe teneri acceperat: moxq̄ in borboniū (quod biturigib⁹ vicinū est) ꝓfectus: castellū sancti amādi expugnat. Nec multo post mollissonii in ludouici potestatem venere: cedēte loco iacobo borbonio oppidi ꝑfecto. Per hos dies cū nōnulli ex p̄sidio sancti Forgei satellites: moretū incurrissent: ideq̄ quosdā qui eo loci ex senonibus hospites diuersabātur noctu abduxissent

Ludouicus copias cogit.

re cognita Ludouicus iubet pontes chamosii & de bello monte dirui. Iam eñ fama erat Carolũ Philippi burgundorũ ducis filiũ qui ex cõiuratis erat copias cõtraxisse: vt cũ aliis cõiuratis iũgeret exercitũ. nec mendax fama erat. Nã anthoni⁹ philippi nothus: adiũcto burgũdionũ marescallo: cũ aliquot cohortib⁹ pcurrens Caroli exercitum royam & mõdideriũ occupat. Erãt apud peronã tũc tẽporis in psidio comes niuerneñ. & Ioachin⁹ roald⁹ frãciȩ marescallus cũ quattuor milib⁹ armatorũ qui cognito Caroli aduẽtu: relicto ad oppidi custodiã aliquot ex nobilitate francorũ viris. & quigentis sagittariis. peronã deferentes mox Nouiomũ Compẽdiũq; se cõtulerũt. His belli motib⁹ dũ picardia agitatur: Ludouici soror Carlota borboniorũ ducis cõiunx ex viri psilio sanctũ porsanũ (vbi rex agebat) petit finẽ discordiis positura. Sed ĩtentiõe frustrata rionẽ (quo dux ex molinis iterim se receperat) reuertiť.

Eodẽ tẽpore sancti mauricii arx dedẽtib⁹ seis qui in psidio erãt a Carolo meldunẽsi recepta est. Iussiq; quoq; sunt parisii arma domi in expedito seorsũ habere: facere de muris nocturnas excubias: faces p cõpita & per domos laternas noctu accẽsas ponere. Conat⁹ est rex illis dieb⁹ ex schola parisiensi delectos habere armatos quib⁹ ad belli necessitates vteretur. Prȩerat aũt scholȩ rector guillerm⁹ fichetus magni animi vir: doctrina & dicẽdi arte potẽs: q in caligine iacẽtib⁹ humanitatis studiis lumen mea ȩtate attulit: excitauitq; cõplures latine discere & elegãter loqui. His igiť acceptis a rege de armãdis scholasticis litteris: pcione gñali habita: disertã habuit orationẽ: qua veritus non est: repugnante Ludouico sentẽtiã dicere qua maxime pbat⁹ atq; clarus factus est. Nã cũ bessario grȩcus cardinalis post aliquot annos romana apud regẽ legatiõe fungeretur: audita fisceti fama: eũ ad se accersiuit atq; in vrbẽ duxit: cõmendans illũ Sixto quarto romano põtifici. Extant eius ficeti rethoricorũ libri: orones quoq; atq; eplȩ. Bessarionis autẽ

Fichet⁹.

opus est defensio platonis aduersus trapezuntium: q plato ni couiciat⁹ aristotelē illi pferebat. Sollicitis ad hūc modū parisiis: carolus philippi fili⁹ ferox iuuenis (a quo auxilii plurimū reliqui cōiurati pricipes expectabāt) copias ad pontem maxentii qui est ad ysaram amnem ducit. Con dixerāt aūt ii q arma aduersus ludouicū parabant: se ideo cōuenturos vt populū vectigalib⁹ pressum: & pene seruū in libertatē vindicarēt. Adeo solers est male errātiū cautio vt iusticię velamen suę iniqtati ptendāt. Incedēs igit cum exercitu carolus: libertatē populo passim pponebat: specie beniuolētię plebē sibi cōciliās. Eius pōtis atq; arcis psectū maderū petri orsauerii vicariū pecunia carolus corrupit: arcēq; recepit. Indeq; flumie traiecto: castella quedam minimo negocio ptenus occupat. Venere quoq; in eius potestatē bellilocus & dōmartinus. Mox occupato latini aco libellos rationū regii fisci burgūdi diripiunt atq; incēdunt: exactis vectigalib⁹. Salis itē prōptuariis patefactis: potestatē faciūt sumēdi salis: pcio mercatorib⁹ tantū psoluto: atq; ita a tributo libera oia esse pnūciant. Grassante ad hunc modū carolo ioachin⁹ roaldus veritus (quod vero simile erat) burguridū parisiū pficisci cū bona equitū manu in ciuitatē se cōtulit. Interea aūt ludouicus rionē i aruernia obsidet: quo borbonii atq; nemorsi duces armygniacus pterea comes & albretus se receperāt. Erāt in exercitu ludouici quattuor & viginti milia armatorū longo militię vsu spectatorū: quorū numero & robore territi duces: de pace ad ludouicū nūcios mittunt. Iurātq; (si regis gratiā recuperent) se illi pbe sincereq; iseruituros: nauaturosq; diligentē operā vt reliqui sibi cōfœderati pricipes in beniuolentiā redeant/ & fidē seruent. Deq; ea re parisiū ad regē nūcios ad. xviii. kalēdas augusti legaturos. Q; si alia pricipibus mens maneret: se nihilominu⁹ cōstanti fide conuēta cōpleturos. Hęc conuentionis formula adhibitis apostolicis scribis: litteris mandata est: pœna excōicationis in

Libertas populo pponitur.

Riona obsidetur.

p̄uaricatores adiecta Que oīa parisiis referre Carolū charlaiū vigilū prefectū ludouic⁹ iubet. Qua re cognita decernūtur in vrbe ad diuę katherinę vallis scholariū ędem supplicatiōes. Interim cōpositis acieb⁹: carolus burgūdus ad sanctū dyonisiū castra facit: atq; postridie sancti clodoaldi pontē missis aliquot cohortib⁹ occupare ꝯstituit. Quem tertio oppugnatū tādem (dedēte se p̄fecto iacobo mairo) hostis obtinet. Et ne regni caput parisiū timide p̄teriisse carolus videretur: ꝓmotis copiis caduceatores p̄mittit q liberū p ciuitatē trāsitū petāt. Id si nō īpetrent: dicāt carolū vim illaturū ciuitati. Pręerāt eo die portę q̄ ad sanctū dyonisiū ducit Petr⁹ orsaueri⁹ & iohēs pōpancurt⁹. Qui cum respōsum dare caduceatorib⁹ incipiūt: ecce burgūdi copias oēs ad sanctū vsq; lazarū ꝓgressas ꝯspiciūt: quasi īcautos custodes ītercipere sperarent. At armat⁹ popul⁹: & cū suis Ioachinus roaldus acerrime restiterūt. Moxq; in ꝓximū campū hostis acie īstructa ꝓgrediens (aliquot ex suis īteremptis) ciuitati cōminat̄. Sed cū ex muro tormenta in suos frequēter iaci ꝯspexit copias reduxit. Moxq; sequana p sancti clodoaldi pontē trāsmisso: cū accepisset ludouici fratrē cū britonib⁹ p belsiā iter facere: ad mōtēlericū ducit. Iā.n. rione discesserat ludouic⁹ & magnis itinerib⁹ parisiū appetebat: certior factus de burgūdorū accessu. Verū cognito q a tergo frater / & a fronte burgundus copias haberet: numeroso pedite qui eū seq̄bat̄ nō expectato: chartras cū multo eq̄tatu cōtendit: rat⁹ burgundū pri⁹ fundere: q̄ cū illo britones iungerent̄. Eo vbi castra Carolus habebat cū ꝑuenisset rex: nulla sui curādi mora militi concessa: ferūēs furēsq; in hostē ꝓgredit̄. Fuit cōgressus suo īitio formidabilis & nō īcruent⁹. Nā q in prima acie burgūdi pugnabāt: plurimi se in fugā ꝓripiunt. Fuereq; ex illis p q̄ multi fuga capti atq; occisi. hui⁹ rei fama ad parisios plata: arma q̄sq; rapit: atq; p agros effundit̄: ꝓhensur⁹ ex fugiētib⁹ prędam. Vidi ipse frequētes captiuos dissolutis armis vulne- Pugna apud mōtlericum.

ratos in ciuitatẽ deduci. Et populuꝫ omnẽ non secus ac in certa victoria exultare. sed ludouicus sancti pauli comes reliquã Burgũdorum aciẽ in statione atq; ordine ꝑtinẽs: ludouici vires sustinere fortissime militẽ admonebat. Ludouicus auteꝫ hoste parti fuso: reliquos adorit: qui se currib⁹ tanq̃ vallo atq; munitionib⁹ circũsepserãt: cõuersis in francos tormẽtis: quib⁹ nõ paucos clari nois equites ꝓstrauerũt. Itaq; cõserta pugna ꝑtinacissime dimicatũ est: ita vt ludouico nõ lõge emineret periculũ inter suos fortiter præliãti. Et burgũdo quoq; fortuna minata ẽ: quẽ semel a gaufrido de sancto belino: iterũq; a gilberto grassaio cõprehẽsum sui eripuerũt. At equites franci tãetsi magnis virib⁹ in hosteꝫ vecti cõplures ꝓsternerent: nemo tamẽ peditũ pone sequebat̃ qui ꝓstratos iugularet: quãobrem spaciũ erat deiectis exurgẽdi: & preliũ instaurãdi. Pugnatum est varia fortuna vsq; ad vesperam decimę sexte diei iulii mensis: donec milites scoti qui regii corporis custodiã gerebãt: aĩaduertẽtes ludouicũ graui in periculo versari (Nã die tota ꝑ ęstus & cędes nichil sibi desumpserat: & sexcẽti eqtes quos cœnomanorũ comes: montalban⁹ marescallus: & gargaisalus ducebant prælio exterriri turpiter deserto ludouico aufugerant) assumptũ regem in arcẽ mõtlerici ꝑduxerũt: atq; ita pręliũ dirẽptũ est: manẽte in sua statione burgũdo Cęcidisse ex vtroq; exercitu sexcẽti supra tria milia memorãtur. Inter frãcos occubuit Petrus breseyus / gaufridus de sancto belino & floquetus. Ex burgũdis longe plures. Eñiuero principis custodes oẽs ꝓpe interierũt. Recreato paululũ rege: ꝯsiliũ fuit corboliũ se cõferre: etq; inde parisiũ ꝓficisci. Cũ corbolii esset: accepto ꝙ carolus burgundus eo in loco vbi pugnatũ erat ꝑnoctaret: non inq̃t mirari illũ oportet ĩ cãpo manere: cui neq; ciuitas vlla neq; arx ad diuersandũ patet. Secũdo post pręliũ die in ciuitatẽ ludouicus venit. Vbi inter cęnandũ dũ casũ fortunãq; suam cõuiuis memorat: multa fortiter sapiẽterq; locutus est: in

certā instabileq̨ hoīm cōditionē causatus. Callebat eñ litteras & supra q̄ regibus mos ē erat eruditus. Vñ & multos ad illachrymādū ꝓuocauit. Nihilominꝰ se iterū in hostez ductuꝝ differebat. Sed a prudētibus dissuasus parisii se cōtinuit. Habuit siquidē ad eū egregiā orōnē guillermꝰ quadrigarius parisianꝰ pręsul: qua rerū pręteritaꝝ memorem cū ludouicū reddidisset: sequentiū rationē habere hortatus est. Decere regē cōsiliis oīa ꝓuidere. circū se habere boni ęquiq̨ amātes viros: qui & pacis tranquillitatē seruēt: & belli motus modestia atq̨ iusticia moderētur Pręsulis oratione rex adductꝰ: deligi sibi viros spectatos iubet q ad eiꝰ cōsiliū quoq̨ die vna cū cęteris veteribus cōsiliariis accederēt. Itaq̨ ex ciuibꝰ sex: ex parlamēti senatu totidē: exq̨ parisiensi schola pari numero ꝓbati homīes id negocii receperunt: duram ꝑfecto ꝓuinciam si pricipis vehemētiam attendas: quā breseyus viuens per facetiā lepide aliquādo expresserat. Insidens eñ exiguo equo ludouicus dū venatū exiuisset: sequēti oratiōe a breseyo est iterpellatus. vnde inquit serenissime rex tam fortem equū nactus es? Cur ait ludouicus (breseyꝰ) id cēses: qñquidem pusillus est? Quia te breseyus iquit & cōsilium tuū totum vna comportat. Nō dissimili cauillatiōe rursus regē taxauit: cū a rege anglorū oratores ad eum venissent. Nam quęrēte ab familiaribꝰ aulicis Ludouico: quod in oratores anglos pręcipuum sine suo stipendio munus cōferret: est breseyus inquit tibi cantorum ecclesiasticorum frequēs chorus quos non magni existimas: nec eorum canticis oblectaris: censeo illos quibus facile carebis: oratoribꝰ vniuersos dones. Subrisit Ludouicus tametsi intelligeret per cauillationez id a breseyo dictum esse: ꝓpterea q̨ ad rem diuinam: & ad curarū leuamen cātorum harmoniis ipe perraro vteretur. Enimuero decoros rerum mūdanarum a maioribus obseruatos ritꝰ & mores ludouicus neglexit: & demissa regia maiestate: multis ad cōuiuiū admissis populariter discumbebat: ob

Ludouici mores.

scœne interdū loquēs: præsertim cū de mulieribus sermo incideret. Neq; sumptuosa veste induebat: neq; curialium pōpa gaudebat Fuit em̄ illi a mōtlerici pugna intēt⁹ summopere ad sui custodiā anim⁹: vindictę atq; ꝓrogandi imperii appetēs: & lōgioris vitę longe cupiētissim⁹. Studuit præterea q̄plurimas copias habere. Quib⁹ cū stipēdia tribuere cōmode ipse nō posset (occupatis a cōiuratis locis vnde hęc percipi solebāt) pecuniā a parisiis mutuo petit. Quā vtpote grandē cōferre nō pauci ciues ꝑnegarūt. Indignatus ꝓpterea ludouicus quosdā regio magistratu atq; officiis amouit: ad oēm prorsus casum suspitiosus: nec vlli satis credulus. Inde patuit delatorib⁹ ad multorū ꝑniciē via. Nā accusatos cōplures fuisse accepim⁹: qui leuib⁹ causis nō auditi: extincti sunt. Per idē tēpus iohānes burgēsis q dominū suū iohannē berardū parlamētei senat⁹ consiliariū in britāniam secut⁹ fuerat: gratianusq; & franciscus meriodeus fratres: offen ę maiestatis criminati in flumine sequana demersi periere. Et post aliquot dies petr⁹ guerol dus q a britonū duce parisiū explorator venisse dicebatur capite punit⁹ atq; inde in partes quattuor sect⁹ est. Fœminæ præterea aliquot & parisiani ciues delati q cū ꝯiuratis sermonē cōtulissent in ꝓfluēto noctu extincti sūt. Nichil enim tutū a delatorib⁹ erat. Satis ad iteritū erat fuisse quomodolibet accusatū. Sed ad cōiuratos redeo. Burgūd⁹ victoria ad mōtelhericū habita: gloriabūdus stāpas petit vbi ludouici fratrē & britonū ducē cōuenere accedētibus ad eos reliquis coniuratis: atq; eo loci captato cōsilio post quindecimum diē in vastinium mouent. occupatq; priusnū moretūq;. Aduersum quos sallazardus & qui sub ioachino roaldo militabāt ad yonā sequanāq; vt transitu hostem prohiberēt progressi: q̄nquidē numero militum lōge inferiores essent retro abire: atq; ita nauib⁹ apud moretum repertis ꝯiurati yonam sequanamq; amnes exuperāt Erat inter cōiuratos iohēs renati filius dux calabrię: quē

Cōueniūt apd̄ stampas principes.

postq̄ cū copiis i agro antissiodorēsi venire ludouic⁹ acce-
pit: dñm p̄cigniaci & christoforū palardū ad eū mittit: si
forte ad se magnis pollicitationib⁹ adducere possent. Nā
quia ob neapolitanū regnū patris sui renati nomie aduer-
sus ferdinandū alphonsi aragonēsis regis spuriū bellū sū
scepisset: & tāto bello p se met haud satis esset: spe ludouic⁹
ducebat eū in grām reuocandi: dū auxiliaturū se illi in eo
bello promitteret. Sed ꝯstanti aīo dux iohēs: propositi te-
nax ad ꝯiurationis socios ire pseuerat. Qua re cognita rex
parisiacis rebus cōsulēs: sagittarios pedites quos frācos su
pra appellauim⁹ q ex normānia recēter venerāt: ad p̄sidi
um ciuitatis cū quadringentis equitibus ordinauit. Mox
ꝙ rothomagū ꝓfectus est misso ad parisios comite deu:
qui sui loco vrbis belliꝙ ratione haberet. Et cū p cloaca-
rū fossas quib⁹ sordes & purgamēta ciuitatis per paludes
ducūtur multę salices plātatę excreuissent ita vt ad ꝯstituē-
das isidias facile accōmodari posse viderētur: oēs magno
possessorū incōmodo deiectę sunt. Tumulus vero qui ex
portatis ruderib⁹ atꝙ q̄squiliis vrbis ad diui dyonisii por
tam excreuerat iussus est effodi. Sed cōuenientib⁹ ad op⁹
plurimis plebeis: cū res parum ꝓcederet: relicto inani ne-
gocio: aggeres ītra pomeriū atꝙ tabulata ad vrbis tutelā
extructa sunt. Interim cōgregati principes charentonii
pontem capiunt: recipientibus se ad parisios iis qui p̄si-
dio fuerant designati. Ponte capto postq̄ hostes sequanā
traiecerunt: ludouici frater Carolus beautam quę matro-
nā versus: saltum vicēnarum claudit ad diuersandū occu-
pat. Dux britonū ad sanctū maurū cōcessit. Carolus phi-
lippi fili⁹ cōstanū (q̄ paterne ditiōis erat) ꝓfect⁹ est. plu-
rimę aūt ex britonibus burgūdisꝙ cohortes in ipso saltu
sub diuo stationē habuere. Quod vbi comes deu cogno
uit: Ramburū ad ꝯiuratos legat: atꝙ cōmittit sciscitari ex
principibus quid sibi velit tantus armorū apparat⁹. quā
mentē in regē atꝙ rempublicā ipsi gerant: se parisiis esse po-

Salices oēs p paludes deiiciūtur.

Rāburus ad cōiuratos miss⁹.

stum a Ludouico moderatore: qui ad recōciliationem & beniuolētiam magis q̄ ad belluꝫ animū intēdat: si ad rem cōponendā mediator admittatur. Talibus mandatis edoctus rāburus ad principes pergit. Sed eius legationis exit⁹ soli comiti qui rāburū miserat cognit⁹ est: ne in vulgo forsitā temere ꝓlata deterioris fortunę metu populus ad res nouas inclinaret. Vix eñ ramburus reuerterat: cuꝫ hostis in planicie vbi diui anthonii cāpestris monasteriū est se late diffudit. In quē prodeūtibus parisiis leuib⁹ præliis paruo vtrinq̃ dāno certatum est. Insequēti die Carolus luduici frater ex cōfœderatorū sibi principū sentētia litteras quattuor ad parisios mittit. Ciuib⁹ vnas: parlamēteo senatui alteras: clero tertias: reliq̄s parisiacis scholasticis. Quarum hæc sentētia fuit. se cū illustriorib⁹ regni principibus nō hostili aīo sed reipublicę gratia cōuenisse: mitterēt ad se paucos sapiētes & spectatos hoīes: quib⁹ coitionis eorū causę fierent cōmunes. Cognitis litteris leganł ciuiū noīe iohānes choart⁹ castelleti ꝓprætor/ franciscus hasle & arnoldus oleari⁹. Ex clero thomas courcellus/ iohannes de oliua theologi doctores: & Eustacius oleari⁹. Ex parlamēti collegis iohānes boulēgerius/ iohānes sellarius/ iacob⁹ fourneri⁹. Ex scholla parisiēsi iacob⁹ iunius/ iohānes olearius/ iohānes montigniacus: & enguerrann⁹ parenti medicus. Hi oēs duce guillermo quadrigario parisiano pontifice ad principes se cōferunt. Quib⁹ in cōsilium admissis iohānes dunēsis comes principū vice causas eorū vocationis edisserit. Accepto quid animi principes haberēt. legati ad consiliū quod in ędibus publicis ciuitatis eius rei causa paratū erat reuertentes: principū sentētiam ad insequentē moduꝫ detulerūt. Principes ludouici mores iam diu considerasse: populū nō modo vectigalib⁹ insuetis & seruitute premere: sed se quoq̃ & omnē fere nobilitatē contēptui habere: oia ꝓ sua volūtate gerere: se legeꝫ se iudicē se parlamentū esse: omnē regnandi spem in armis & militibus re-

Oratores ex parisijs ad cōiuratos.

Relatio oratorū.

ponere: domesticos ex humili genere sibi cōparare: qui illi assentētur: q quodlibet imperāti pareāt: studere prorsus pares illos principibus facere. Delatorū plena esse omnia: nemini suas opes: sed nec vitā in tuto esse. Proscribi relegari ob friuolam suspitionē q̄ plurimos nihil iam auctoritatis principibus relictum esse. feris & beluis plus securitatis et libertatis q̄ hoībus esse: pecuniam & fiscum in nulli⁹ pē si hoīes largissime ꝓfundi: pēsiones illis ānuas sine modo dari que principibus adimūtur. Iam ꝓxime instare vt ad vnū singula atq; oīa intēperanter ptineāt. Eas causas principes mouisse vt instructi ad suam tutelā armis ad regiam vrbem (a qua cōmune francorū iudicium petatur) coiuisse: vt more maiorū consilio cleri procerūq; & populi contracto: de rebus cōmunibus quiete agi possit: Ludouicuʒ quidem illorū & regni francorum regē esse: sed eorum muneris atq; dignitatis esse: hortari atq; cōmonefacere illum: maiores suos imitari: patriis legibus vti: in suo queq; iure atqʒ consuetudine cōtinere: vectigalia moderari: misereri populi: cui fortunarū nichil ꝓpe sit. Igitur petere in vrbē sine vlla iniuria aditū. Hęc sunt inquit quadrigarius que a principib⁹ dicta vobis deferēda accepimus. Relatione cognita de ꝯuentu cōmuni cogēdo sentētia placuit: neqʒ vrbē illis negandā esse: si fide data iniuriis abstinerēt: soluerentqʒ quicquid impēsę ipsi in vrbe facerēt. Et hoc quidē (si ludouicus assentiat) cōcedere contio respōdit sine cui⁹ assensu nichil temere se agere licebat. Qua de re postera die legati ad principes reuerterūt parisiorū sniaʒ renūciantes. At pręfecti militū quos p̄sidio ludouic⁹ reliq̄rat cognito parisiorū respōso: suos milites recēsuerūt: & militari ordine pambulauerūt ciuitatē/ instructi armis tanq̄ ad p̄liādū accincti. Ea re ppl's exultabūd⁹ spem meliorē cepit. Addidit quoqʒ animū mōtalbanus admirald⁹ cū copiis eo die aduenies. Nec pigritat⁹ est ludouic⁹ a normānia cū impedimētis & bona peditū atqʒ fossorū manu reuerti/ nep

eius absentiā cōiurati in ciuitatē reciperētur. Nō eñ parū suspectos habuit parisiēses: q̄ se incōsulto nūcios ad principes demisissent. Reditu ludouici cognito: principes totis fere copiis cū magno tubarū & tubicinū classico per sequanę ripā ad diui antonii planiciē in ꝓspectu parisiorū ostentādi sui cā ꝯuenerūt. In quos nulla eruptio facta est: stantibꝰ summo silētio ad custodiēdos muros armigeris; et ex parisiacis ciuibꝰ nō paucis. Ad vesperam autē eiꝰ diei et insequētibꝰ aliquot diebus cū rursus se ostētaret hostis occurrit illi ex ciuitate miles: & nūc ad anthonianā: nunc ad dyonisianā portam prelia: militari quadā iactantia cōmisit. Interī ludouicus edoctꝰ quæ fuisset de recipiēdis in ciuitatē principibꝰ sentētia/ eos ꝓscribit qui in eā sniam venissent: iohānem oleariū/ eustaciū & arnoldū eiusdem cognominis & generis ciues Iohannem choartū & Franciscum haste. Quadrigarius quidē pōtifex q̄q̄ maxime regi suspectꝰ atq̄ exosus esset/ nō tamē in ꝓscriptorū numero habitus est. Nā q̄ homo integer & sanctę ęstimationis habebat̄/ in eū temere sęuire ludouicus tēperauit. Carpebat nichilominꝰ atq̄ reprehēdebat antistitē q̄ ad hostes se inscio ꝓdiisset. Augebat crimen iohannes ꝓfessione monachus albigēsium pontifex & romanus cardinalis natione Burgūdus homo litterarū opinione clarus: qui quadrigarii ad cōiuratos profectionē ad crimē maiestatis referebat. Nec dubium fuit Ludouicū id sollicite curasse: qua aliquā do causa quadrigariū in aliam ecclesiā traduceret. Sed paucis post annis cū pontifex vita functus/ epigrāmate & sepulchro se digno honoratꝰ in æde virginis esset: Ludouicus laminis ęneis quibꝰ epigrāma quadrigarii inscriptū erat alterū adiicere iubet: famæ hois maxime repugnās atq̄ aduersariū. Per id tēpꝰ certior factꝰ rex Carolū burgūdum statuisse e regiōe ꝯflani extruere pōtē p quē in alterā sequanę ripā traduceret exercitū. egressus ciuitate: fossorū magnū numerū ad eā partē ducit: q fossas aggeresq̄ ad ꝓ-

Pena in oratores q ad cōiuratos legati fuerāt

hibendũ hostẽ cõcinarẽt: disposito pedite ad fossores cõtra burgũdũ ꝓtegendos. Sed callid⁹ hostis cũ materiam iã in prõptu dolatã haberet: paulo supra cõflanũ ad portũ q anglus dicit̃ pontẽ extruit/ funib⁹ ad oppositã fossorib⁹ partẽ firmissime colligatũ. Et iã transmittere conabat̃: cũ sagittarii franci & equites aduenĩũt: qui tormẽtis telisq; ita agunt: vt traiiciẽdi ptãtẽ hosti adimerẽt. Atq; interi dũ emin⁹ certat̃: ex nũero fossorũ qdã normãn⁹ nãdi peritissimus: in medias fluẽti aquas ĩstar mergi clã illapsus: funes vinculaq; & cetera põtis retinacula nõ pcipiente hoste dissoluit: moxq; põs secundũ flumẽ act⁹ burgũdo fuit inutilis. Normãnus vero ad suos rediit incolumis. Cedente loco hoste: nõ multo post per nũcios de cõcordia agi coeptũ est. Deputãtur a ludouico coenomanẽsis comes pricigniacus & iohãnes dauuetus. A principib⁹: iohannes calabriae dux: Ludouicus sancti pauli comes: & iohãnes dunẽsis. Qui proten⁹ cõgredientes duorũ dierum inducias ad reliqua cõponenda statuũt: & quia de pacis formula interim nõ satis ꝯueniebat: dies septẽ iduciis adiecerũt. Dũ hec a delegatis de cõcordia agitant̃ venere ad regẽ ex nobilitate normãna nõ parue copie: quae ad sãcti marcelli suburbiũ stationẽ habuere dãno incolarũ. Nã cum vindemiarum tẽpus esset: gens vuarũ suauitate illecta vix seminaturos vinearũ fructus sine modo decerpebat & vorabat: nec rapinis aliũde abstinebat: colonos afficiẽs ꝯtumeliis. Duos tñ ex ea gẽte iniuriarũ poenas subiisse inuenio. Quorũ alter decinct⁹ & nud⁹ caput: facẽ accẽsam gestans p ciuitatem ad publicas edes in grauia deduct⁹. a procuratore vrbano supplex veniã delicti postulauit. moxq; linguã candẽti ferro illi pforata ẽ: & deinde in exiliũ actus. Eius tã grauis supplicii cã fuit: q dũ a porta ne in ciuitatẽ ingrederet̃ a custodibus reiicitur: parisios p contumeliã burgũdiones appellasset. Duo ẽm apud gallos noia diu ad ignominiã ferebant̃ burgũdorũ scʒ quos franci hostes habebant

Insolẽtes normãni.

Et armygniacorũ quorũ generali appellatione frácos burgũdi designabát. Postridie sancti pauli comes a ludouico accersitus: prius nõ venit: q̃ cœnománorũ comitẽ rex obsidẽ dedit. Veniẽti ludouicus ĩ campũ q diui anthonii monasterio proxim⁹ est occurrit: & postq̃ horas duas totas cõfabulationẽ sine arbitris ꝯsũpsissent: rediẽs in vrbẽ rex solito hilarior in portę vestibulo ad circũstantes ꝯuersus: nõ inquit deinceps a burgũdis tot pœnis atq; sudoribus afficiemini. Nam iniurias ꝓhibebo. Sic loquẽte ludouico: Petrus heronus in curia castelleti ꝓcurator; vuas nihilominus inquit illi nr̃as auferũt nec illis occurrit: quam vocẽ excipiẽs rex: Minus ait est vineas vr̃as spoliari paucis racemis: q̃ hostẽ occupare ciuitatẽ: & opes vr̃as quas terrę visceribus infodistis raptas tollere. De ꝯcordia cũ hacten⁹ nihil bñ ꝓcederet. ad. xiiii. kalẽdas octobris inducię ꝓlõgatę sunt. Per quas nõ sine regiõis detrimento cõiurati in sua castra multũ cõmeatũ coegerũt. Fuerũtq; post longas cõsultationes omẽs cõuẽtus irriti: ceciditq; tota cõcordię spes. Et copię q̃ ad portũ anglũ in munitionib⁹ erãt imperante ludouico se ad cartusiẽses recepere: religiosum locũ occupátes: ita vt in cellis monachorũ promiscue diuersarẽtur equi & milites: pulsis inde sanctis viris. Nec moratur hostis: flumĩe trãsmisso copias regias q̃ apud sanctũ marcellũ & vicina suburbia castra habebát adoriri. Vbi cõgressum est magnis viribus: aliquot vtrinq; cęsis atq; captis.

Ludouicus aũt interea secũ reputás opepręciũ fore si eorũ q̃ de pace a delegatis agitata fuerãt: parisios conscios faceret. Cõtracto in ędes regiarũ rõnũ ex quaq; parisiorũ conditione cõsilio: petrũ moruilleriũ cácellariũ mittit: q diceret se fratris sui & reliquorũ cõiuratorũ petita cognouisse. Et carolũ fratrẽ añ oẽs petere sibi in partẽ patrię successionis aquitaniá cũ xantonib⁹ & tota pictauia: vel normannię integrũ ducatũ distribui. De qua re consiliũ prudẽtiũ virorũ cũ cepisset: fratri respõdisse: se id quod regno

peculiare erat: dirimere & alteri dare nō posse. Verū cāpaniā briamq; aliis legib⁹ teneri: quas libens fratri donaret: melde monsteriolo meldunoq; exceptis. Carolo preterea philippi filio pecuniā grandē obtulisse: ad leuandā impēsam: quā ī illa expeditione ipe fecisset. Que tametsi ampla atq; magna essent: ꝯiuratos tñ ea recusasse. Et hęc inquit cācellarius cōicata vobis esse rex voluit: ne ęstimet⁊ illū illiberalem in fratrē: aut in quēpiā fore: si de cōcordia cōuenire posset. Hęc locutus moruillerius cōsiliū dimisit. Interim apud pōtisaram ludouicus sorbierus q a ioachino roaldo relictus pręsidio fuerat: in oppidū atq; arcē britones admisit. Et vt recēti ꝓditiōi alterā adiūgeret: mox ex pōtisara cū aliquot armatis melannū ꝯtēdit: alba cruce vt semper dū regi obsequebat̄ insignit⁹: vt absq; vlla inimicitiæ suspitione in oppiduꝫ receptus falleret oppidanos. At de ꝓditiōe iā edocti oppidani atq; ad muros in armis stātes dū sorbierū ꝓspiciūt: ꝓditorē illū iterū atq; iterū magnis vocibus inclamāt. Quāobrē illusus ꝓditor pōtisaram reuersus est. Parisii vero ii q ad muros ciuitatis hostiū castra versus excubabāt: noctu vidēt ignitā stellaꝫ in fossam qua ędes dardorsiæ sūt cecidisse. Verum ęthere ne an ab hoste ignis ꝓcederet nō satis cōscii: rē Ludouico renūciāt: q cōfestim locū petēs quo cęlestis flāma excidisset: diu ibi moratus est: dubius si ad incēdēdā vrbem illud ab hoste fuisseꝫ excogitatum: atq; interim mandat haberi per singulas vrbis regiones atq; ad muros custodias. Per id tp̄s miles q in vrbe apud quēq; ciuē passim diuersabat̄ verbo petulās atq; contumeliosus in tantū extollebat̄: vt dicere non vereret̄: opes q̄ in ciuitate erāt nō ciuiū sed suas esse: īōq; claues ædiū se ciuib⁹ detracturos atq; pro sua libidine & arbitrio vsuros illis: frustra cōfidere illos: q vias cathenis ferreis impeditas haberēt: quas ipi in prōptu effringere atq; euellere potuissent. Hāc militū ferociā & temeritatē referētibus multis: mercatorū ꝓpositus accersitis primorib⁹ ciuib⁹ de

Pōtisaraꝫ sorbierus ꝓdit.

Flāma repētina.

Insolens miles.

re ipa cõsiliũ capit. Itaqz ꝓtenus statuit fieri p ciuitatis cõpita nocturnos ignes: & illic singulos p suas regiões armatos vigilias facere. Secundũ hoc edictũ: vigilat totis locis: & q̃q̃ ludouicus ꝓhiberet: vigilatũ tñ est. Hęc sollicitudo ciuitatis milites quietiores fecit. Scio em̃ p eá tẽpestatez parisios a suo pręsidio q̃ ab hoste magis sibi timuisse præsertim ꝙ intelligerent raros in fide regis stare: sed inclinare ad cõiuratos: si sors obtulisset. Nã eadẽ tẽpestate q̃ ignes p vrbẽ fiunt: sancti anthonii ꝓpugnaculũ.i. vt vulgus loqtur: bastilda cõpertum est portis reclusis peruiũ: quod ad hostẽ noctu admittẽdum factũ esse pmulti interpretabãtur. Nam & tormẽtorum aditus p quos ignis indi ad puluerẽ põt adactis clauis obstructi erãt: ne in aduenientẽ hostem iaci glãdes aut saxa possent. Sed postq̃ tot ignib⁹ illuminatã ciuitatẽ hostis animaduertit: cœptis destitit. Accessit ad has quotidianas ludouici curas binus p vices nũcius: vnus q gisortiũ renunciat copiis hostium circũdari: nec in oppido aut in arce quicq̃ pręsidii esse. Nullũ pręterea tormentũ aut machinam illic aduersus hostẽ relictam Alter rothomagũ a coniuratis sollicitari. Cui⁹ nuncii fidẽ auxere vxoris breseii lr̃e q̃ a mariti occubitu rothomagi incoluerat. His lr̃is significabat se brequemõtũ palatii rothomagensis præfectum ꝓhẽsũ in custodia habere: ꝙ hostium partes sequi videbat̃: propterea in tuto esse eã ciuitatis partẽ q̃ a ponte & a palatio erat. Verum tametsi hęc ita nunciabant̃. postera tñ die iohẽs borboniorum dux vnus ex coniuratis in arcẽ per posticum recipit̃. Qua re cognita principes ludouico renũciant: carolum eius fratrẽ neqz cãpania neqz bria pro parte hæreditatis ꝯtentũ esse: normãniã vnã & solã petere patrimonii loco. Eã ob rem cum primariã ducatus normãnici ciuitatẽ occupatã rex intelligeret: quã ñ facile recupare sperabat: & qd̃ breseii quã dixim⁹ vxor: iohẽs itẽ hebert⁹: & balua ebroicẽsiũ pręsul sibi pfamiliares suadebãt: normãniã fratri dono coactus reliquit

recepto biturigũ principatu. Pacato fratre: superant ceteri ꝯiurati: qb⁹ facere satis optebat. Carolo burgũdo cesserē i ppetuā possessionē perona roya & mõdideriũ: ad hęc guinarũ & bolonię comitat⁹: q̄uis ea loca ludouicus soluta pecunia a philippo p̄re redemisset. Iohāni calabrię duci ingens pecunia data est & copię attributę quas regio stipēdio quo vellet duceret. Borboniorũ duci par pēsio quā a carolo septimo annuā pcipiebat assignata est: cum solitis copiis. Et q̄ in ꝯiugis dotē soluta nōdũ pecunia erat psoluta. Comes dunēsis quęcũq; ꝯiurationis tpe bona sibi ablata fuissent restituta accepit: annua illi pēsiōe adiecta. Dōni martini comes i terras & possessiōes quas iudicio senatus parlamēti regis fiscus publicatas habebat: restitut⁹. Sancti itē pauli comitē ludouicus conestabilem instituit: mortis quā postea passus est pręludiũ. Postq̄ ꝯiuratis satis a rege factũ pax ppetuarũ induciarũ noie præconis voce & in ciuitate & in castris principum vulgat̄: fitq; & cõmeatus & rerum venaliũ cõmunio. Illud tñ precipue indecorũ visũ est: ludouicum tm̄ regē ad carolum burgundũ cõflauũ vsq; profectum esse: diuq; cum eo in agro seorsum cõicasse. Sed erat ludouico ingenium ad futura lõge ꝓspiciēs. Et q̄ p̄ntes iniurias vlcisci aliq̄n cupet simulabat amicitiā nõ nesci⁹ quosq; ꝯiuratos seorsũ posse posthac castigare: si burgũdũ ab illis separet. De quo postea astu & latētib⁹ cõsiliis ip̄e vindicat⁹ ē. Nōdũ erat de britonũ duce ꝯuentio firmata. Restituit̄ illi mõtisfortēsis comitatus cũ grādi pecunia.

Pactũ cũ cõiuratis p̄icipib⁹.

Per eos dies fiebāt a parisiis magna sollicitudīe excubię & nocturni ignes: ne aut i regē aut i seipos quicq̄ vł domestic⁹ miles vel peregrin⁹ molireꝛ. Surrexit eadē tēpestate leodioꝝ ppłs & i brabātinos q burgũdarũ partiũ erāt crudeliter grassabaꝛ. Ei⁹ rei gr̄a carolus philippi fili⁹ copiis receptis: picardiam repetere cõstituit. Nõ tñ prius digress⁹ ē q̄ venieti vicennas regi carolus ludouici frater in regis verba iurauit pręstita ob normānię ducatũ fide. Hinc carol⁹

Leodij bellũ mouent.

Postridie initę cũ hẽrico pacis/ carcaluẽti britõis negligentia atq; inertia Attrebatũ (cui⁹ pręfect⁹ erat) a Maximiliani copiis noctu captũ est: nemine oĩno defendente ciuitatẽ. Quinimo ipe Carcaluẽt⁹/ creditis cuidã ex suis portarũ clauib⁹/ strato segniter decubãs in hostiũ ꝑtãtem venit Militabãt ĩ copiis maximiliani theutones pleriq; atq; germani: q cũ stipendia multis diebus nõ recepissent rapinis

liassent in sacras ędes debacchati ita vt nō locū maximilia
no recuperasse: sed extremę desolationi destinasse miles vi
deret. Tam dira passi ciues non tm̄ inde mœroris q̄tū gau
dii ex francorū deturbatione ceperūt. Exact; post aliquot
mensibus: arcē ad maiorē mercatū / & munitiōes ciuitatis
aduersus oppidū a ludouico extructis fundit⁹ desolauerūt
Adeo imbibit ppl's ille frāci nōis odiū: q̄q̄ ad frācos maie
statis & iurisditiōis vetustissima lege ptineat. Fuit nō mul
to post cū maximiliano cōciliata vel potius simulata con
cordia in vrbe syluanecteñ. Dimissa tñ margareta: qm̄ spō
salia patri grata nō erāt: carolus recōciliatis britonib⁹ an
nā eorum dñam vxorē accepit. Et ferdinando aragonum
regi rusciillo / præter multoru; opinionē est restitutus. ita
enī ludouicum caroli patrem morientem testamento vo
luisse vulgatum est. Mittitur propterea ludouicus de am
bassia albigensus antistes: qui ex Caroli sententia ruscillonē
ferdinando taragoneñ. restituat. qua vna te perpetuam in
ter reges amicitiam parari putabatur. Verum longe secus
post accidit. Igitur cū a bellis quiescere carolus potuisset:
cura illi incessit: de sicilię regno. quod sibi patrimonii iure
pertinere contendebat. Nec potuit a sententia dimoueri.
Nec parisiorū oratores eius rei causa ad eum missos audi
uit. Cōtractis propterea terra mariq; copiis hortāte maxi
me alexandro sexto romano pōtifice / & ludouico sfortia /
qui Alphonso neapolitano infensi erant: in italiam duces
Lugduni primū aliquot dies moratus est. non satis certus
an alpes ipse transcenderet. Distinebatur enim ciuitatis de
litiis & quarundam amoribus fœminarū. Sed vbi aer pe
stilēs factus est: Viennā dalphinatium vrbē petit. Āncede
bat eū copiosus exercitus / & iā ad astenses supatis alpibus
peruenerat: cum necdum firmasset animo quid primum
exequeretur. Stat tandem sequi excercitum. Nam licet pu
sillo corpore esset: ducebat tamen animi magnitudie prę

Margareta dimittitur.

Expeditō neapolitana.

clarũ quiddã gerendi. Igitur viennã digressus: Vercellas sabaudi ducis ciuitatẽ ꝓfectus est. Quo eius salutãdi causa Ludouicus sforcia cũ aliquot italię principib⁹ se contulit. Ibi paucis dieb⁹ exactis/ quia copias partim pisas: partim bononiã pręmiserat/ mox ipse secutus rapellã genuẽsiũ munitissimũ oppidũ plurimis oppidanoruꝫ cęsis expugnat. Pisas inde petẽs magna oĩm lęticia & plausu excipitur. Florentinis dubia mens fuit an regem ad se admitterent grandi exercitu potentẽ. cui⁹ & si diu amicitiã coluissent: militũ tamẽ variã fidem ꝑtimescebant: qui ferociter agẽtes: in tam lõginqua expeditione prędę & opib⁹ inhiabant. Erat petrus medices apud florẽtinos imprimis opulẽtus q in suspitionẽ venerat tyrãnidis. hic caroli gratiam meritur⁹ petrã sanctã atq sarꝫanellã olim ianuensiũ oppida Carolo tradit. Proinde magno suorũ comitatu ornat⁹ rex a florẽtinis admittitur. Quo tẽpore Picus mirandula genere illustris philosophus & orator nomiatissim⁹ multarũq linguarum sciens. xxx. suę ætatis anno vita decessit. Apud florẽtinos nõ multos dies morat⁹ Senas ꝑgit. Cui senẽses obuii/ hospitio liberaliter illũ susceperũt: ministrato affatim cõmeatu. Inde tuscanellã ꝓgrediens/ cũ oppidani alexãdro iubente militẽ aditu ꝓhiberent: pœnas luerũt. Viterbiũ quoq nolẽs repugnãsq exercitũ accepit. Põtifex romanus alexãder cui caroli aduẽtus ꝓpter eius magnitudinẽ formidabilis erat: ferdinãdũ alphõsi filiũ ad ꝑsidiũ vrbis adsciuerat: ꝓhibiturus quoad posset carolo vrbis ingressum. Cui populus roman⁹ aduersabatur. Quãobrẽ vbi aduẽtare regẽ põtifex accepit: sibi timens in molem adriani: q̃ sancti angeli castellũ appellat se festinãter ꝓripit. Rex vrbẽ ingressus: militẽ a tumultu tẽperare iubet. Quosdã qui edicto nõ paruerũt supplicio (trib⁹ per vrbẽ erectis furcis) afficit. Inter hęc ferdinãdus cogitur vrbe excedere. Dũ paucos dies in vrbe rex agit: nec vllus auditur militaris tumultus: securior sui alexãder arce egressus regẽ

Picus mirandula.

ad colloquiũ admittit. Fecit rem diuinã põtifex. eiq; post sumptã eucaristiã vinũ in sacrũ calicem Carolus ministrauit. Fuere sicuti accepi pleriq; ex cardinaliũ cœtu: qui carolo suaderent alexãdrũ captũ abducere: vt põtificatu amoueretur. Quibus audiens nõ fuit pius princeps: pfide se facere ratus: si post datã fidẽ: calũniã inferret põtifici. Discedens ab vrbe carolus ne sibi via itercíperetur: terracinã/ cui auxur vetus nomen est/ a pontifice accepit zyzynũ etiam turcũ fratrem: sed hostem magni turci quem ex galliis vbi asseruabatur: innocẽtio octauo traditũ supra ãnotaui: cõsentiẽte alexãdro secũ eduxit quatin⁹ subacto regno apulię ope zyzyni finitimos turcos expugnet. Iaz.n.a iuliano cardinali ostiã accepat. Reb⁹ ad hunc modũ ordinatis; campaniã adiens carolus. aquilã in mõticulo sitam dedẽtib⁹ se sponte icolis recepit. Ad sanctũ germanũ qui oppidũ est situ & arte lõge fortissimũ statio fuit: repugnantibus ptinaciter oppidanis. qui se fossis/ frequẽtissimisq; aggerib⁹ muniuerãt. Sed insiliente franco milite: postq̃ machinę admotę sunt/ tertia post hora oppidum expugnat Vnde perterrit⁹ alphõsus qui neapolim tenebat: ferdinãdũ filiũ ad se vocans: regnũ illi reliquit. Ipse in siciliã fugiens paulo post vita deficitur. Nã q tyrãnidẽ apud neapolĩ exercuisset alphõsus: odiũ ppli mirũ in modũ in se cõflauerat. Ferdinãd⁹ fugiẽte pre in castrũ oui/ veniẽte neapoli carolo se recepit. Quã ingrediens carolus applaudentes illis honoratissimos quosq; ciues habuit/ & plebem. inde p internũcios: vitę & status honestã cõditionem/ si in galliã se recipere velit fernãdo pollicetur. Id quia recusaret idẽ fugere compulsus est. Ad Caroli secundas res appulia successit. deinde Calabria. mox etiã lucania. Tam psperis successibus inuidens põtifex: cõsociatis sibi venetis: & maximiliano romanorũ rege: quibus cuz accedebat rex hyspanie: & ludouicus mediolaneñ. hi omes ad carolũ legatos

Carolus i cãpania.
Aquila.
Sãct⁹ germanus.
Alphõsus fugit.
Ferdinãdus fugit
Alexãdri z venetoꝝ in regẽ cõiuratio

Legati ad carolū. Caroli re sponsum. sicut ꝓmisisset copias ducat. Ad hęc subidignatus rex ꝓte nus respōdens. vos iquit oēs aduersum me arctissime con iurastis: sed vestras cōciliationes vnus irritabo. ita vt vos veneti/ mercaturā non rerū impia discatis me auctore mo derari. Hoc verbo dimissis oratorib⁹: grauiora neapolita nis tributa remisit: quib⁹ ab alphōso grauissime p̄mebāt Pacata neapoli & p loca p̄fectis cū valido p̄sidio impositis summā rerū gilberto mōpensierio comiti de borboniorū

Carolus i galliā re ditum pa rat. Alexāder ꝯnetū fu git. ducū ꝓgenie cōmittit. ipse in galliā cum parte copiarū re uerti parat. Redeūti portas vrbis alexāder claudit Quam licet fossis atq; aggerib⁹ vallasset: ornetū tn̄ cū cardinalib⁹ se ꝯfert. Veniēs romā carol⁹ fauēte pp̄lo in ea statione fecit Et quas ab alexādro vrbes habuerat libere dimittit præter ostiā: & ȝyȝymū turcū qui apud neapolim vita decesserat Inde ꝓfectus senas in suā tutelā accepit. Dum fornouiū nō longe a parma ciuitate appropinquat nūcium accipit venetos & reliquos ꝯiuratos vias isidere qua erat trāsitur⁹ Erāt in hostiū castris milia quadraginta armatoꝝ. Carolo septē ad sūmū milia electissimorū pugnatorū militabāt diuturno itinere fessa/ & nō minus idigentia viatico. nam reliq exercitus bonā partē neapoli & alibi p p̄sidia reliq̄rat miserat quoq; genuā ducib⁹ philippo de sabaudia & Hu gone ambasiano alterā nō exiguā manū: q spem illi iulia nus cardinalis fecerat vrbem recipiēdi. Sublatus ꝓpterea hostis exploratū quasi habebat: venturū in suā potestateȝ

Uana ho stiū expe ctatio. carolū: aut reuera vulnere aliquo moriturū. Quīquagita nāq; (alii dicūt centū) milia ducatorū ꝓposuerant in mer cede illi/ q regeȝ vel viuū vel occisum in castra abduxisset. ei qui q franci caput exhibuisset p̄miū ducatoꝝ sex erat cō

Uictor ca rolus. stitutū. Tali spe militem hostis venetus aīabat. Sed nihilo segni⁹ dispositis acieb⁹ carol⁹ cōgredit. & postera die taro flumie traiecto: victor ad astenses se recepit. Cecidere ex ve netis pleriq; noīatissimi & opulentissimi ciues. Nec quēq̄ ex hostib⁹ captiuū frācus miles seruasse iuent⁹ est. Seq̄bāt

carolū turba multa famulantiū q̄ sarcinas vehebat: atq; eorū q exercitū curiositatis magis q̄ belli cā comitabant̄ quorū magna cędes fuit. Cū ad astenses venit: ludouicū aurelię ducē cui mediolanū ptinere iādiu cōstans opinio erat: nouarię a mediolanēsib⁹ arctissime obsessum accepit. Ei⁹ liberādi cā carolus cū hoste min⁹ honestā pacē iniit. Atq; sic liberato ludouico/ in franciā cū reuertisset: diui dyonisii cœnobiū ɔtēptis parisiis adiuit: vota q̄ supis vouisset/ solutur⁹. Mos. n. regib⁹ frācis supra multos ānos fuit: cū lōginquā expeditionē assumunt petere a beatis martyrib⁹ opē & e cōditorio vbi illorū reliquię p̄cipua veneratione seruant̄ feretra in patentē tēpli arā sistere. nec pri⁹ reponere: donec a militia reuertētes feretra in ,ppriā sedē ipsi restituant. Igit̄ voto secundū priscā maiorū suorū ɔsuetudinē liber fact⁹ carol⁹ parisios visere dedignat⁹: relicta dextrorsum vrbe: p sanctū antoniū de cāpis iter faciens: pōte chalentonio traiecto: p belsiam ambasiā est ,pfectus. Indignationis in parisios cā erat: q̄ ad neapolitanā expeditionem centū milia nummū cōtribuere parisii negauerant. Cogitauit ,ppterea carol⁹ aliquo incommodo illos afficere. & quo id faceret modo oportunitatē expectabat. Redeūte i frāciā carolo stati neapolis a fide defecit. & mortuo gilberto mōpēserio reliq p̄fecti ęgre sua p̄sidia tuētes ad carolū se recepere. Primā adolescentiā carolus cū parū caste egisset: vires illi intabuerant. ita vt ante paucos menses q̄ moreretur macilentia extenuatus atq; effœtus effectus: preteritas interi detestari voluptates: seq; ad castimoniā colligere videbatur. Eapropter indolebat illi maxime q̄ sine liberis esset: cum ex Anna vxore quos genitos tris habuerat mors abstulisset. Decessit ambasię septimū & vigesimū vix agēs annū: dum laxandi animi gratia ex deambulatorio cum vxore pila ludentes despectat. vii. idus aprilis anno salutis M.cccc.xcvii. Pridie vero kalendas maii funus ad sanctum

Francoꝝ regū mos

Parisios rex ɔtēnit

Carolus īfirmatur

Carolus octauus moritur.

Pōpa fu- 1497

ordine cõspexi. Apud ambasiã in diui florẽtini tẽplo/ per iohãnem peraudi cardinalẽ expletis exequiis: comitãtibus inde suo ordine veste lugubri principib⁹ atq; primorib⁹ aulicis ministrisq; supra milia septẽ & plucentib⁹ continẽter quadrigẽtis facib⁹: quas totidẽ pauperes pullis tunicis & caputio induti prɇferebant: postq̃ ad beatɇ mariæ tẽplum/ quod de cãpis in parisino suburbio nũcupaṫ/ primo & vigesimo die ab ambasiæ exitu ꝑuentũ est: defuncti feretrũ in eodẽ tẽplo ea quæ secuta est nocte reponiṫ: pernoctãtib⁹ ibi ꝑmultis suo ad hoc noĩe designatis curialib⁹ Ad eam tã numerosam põpam toto itinere nonaginta milibus passuũ deducendam: ex instituto petri de rufe aurati equitis primi (secundũ vulgi appellationẽ) regis scutiferi præfecti erãt honorati ductores/ qui multitudinẽ semota famulantiũ & seruorum colluuione moderarentur. Et ad quẽq; locuꝫ vbi diuersandũ esset: præcedebat cũ domesticis regiæ aulæ ministris Castellaudius/ eius temporis magister domus/ qui alimenta nõ secus ac viuenti adhuc Carolo/ multitudini pararet. Anteibãt præterea omnem pompã longo interuallo cãtores & ministri regalis capellɇ vt per ecclesias vbi statio futura esset/ aras ornarent & lichnos. Et ne præter prædestinatum ordinem a quoq̃ erraretur: Guyot⁹ mazacius: Petrus loysius: & Rigaudus seruãdis ordinibus erant prɇpositi. Erant itẽ q cõmeatum & diuersoria curarẽt. Igitur parisii accepto nuncio de funeris aduentu: altera die secundũ cuiusq; ordinis cõditionẽ ad eũ vbi Cadauer repositũ erat locuꝫ ꝑcedẽtes: sequenti mõ funus sunt comitati. Ibat añ oẽs cõmissarius vn⁹ castelleti: cui assignati assistebãt bono numero seruientes/ quos Clientes vocãt/ cũ singulis tunicis nigris/ baculos ei⁹ coloris manibus ferentes: ad dimouendã plebẽ: ne ꝓgredienti põpe foret molesta. Hos sequebanṫ dextrorsum sinistrorsumq; pauperes portandis facib⁹ (vt supra exposui) deputati. A singulis tɇdis pendebant scuta duo insignib⁹ liliis

picta. Veniebāt inde quattuor & viginti cū singulis cāpanulis polinctores (quos clamatores parisii dicūt) a pectore & scapulis regis insignia gestantes. q nec punctū quidē tpis a pulsandis tintinabulis cessabāt. Dextro latere / viri religiosi cū sua quiqꝫ cruce / primū mendicantes / post ceteri diuersorū ordinū (sicuti antiqtas ferebat) incedebāt. his subibat præfectus vigilū cū suis seruientibus. Inde quattuor & viginti salis baiuli q hannonii vocitātur. Hi nēpe venerant ꝙ priuilegii iure funeris feretrum ferre ꝯtendebant Sed priuilegio derogatū est. Retro hos tabellarii equites q ferēdis regiis lr̄is designant̄ / mox regii corporis custodes / inde suitenses cum singulis gesis / quas hallebardas appellant / ingrediebātur: quibꝰ prǣerat Claudius prǣfecti custodum vicarius. Post ibant ii qui illustri genere orti: honor̄ vocātur infantes. Inde regiǣ domus magistri quibus pro more singuli baculi in manu erant. Talis erat dextri lateris institutio. Sinistrū tenebat magno numero studii parisiēsis vniuersitas: incipiens ab extremis clamatoribus / & inde secundū singularū facultatū collegia sursum ad rectorē vsqꝫ / versus episcopos. Rectori prǣibant bidelli cum suis baculis & massis argenteis. nec aderant scholastici omnes ne per illorū multitudinem via arctaretur. Inter hos hinc inde procedētis pompæ ordines post faciferos ibat castellaudius mula insidens / sequentibus cōministris peditibꝰ vt a me dictum est. His suberant tubicines inuersis tubis: & caduceatores. inde Claudius signum militare regi peculiare gerebat: equo vectus non ignobili. Ducebatur hinc sex equis carpentū in quo regis corpus ad diuam vsqꝫ mariam de campis fuerat aduectum / veluto tectū nigro / & aureo desuper pallio instratum. Cuius limbi per quadrū ex veluto colore cælesti pendebāt (aureis liliis / arminisqꝫ quales ꝓ insignibus Anna vxor defuncti gerebat intexti. Sup hǣc distensa erat lata crux cādida. Equi cū suis iugis & loris pari veluto / sup addita cruce tegebant̄. Adeqtabant

hinc atq; hinc equis vecti Emarus ronus/ & Canuquanus illustres scutiferi. Carpento posthibat Blandin⁹ quotti dianæ regis impēsæ scutifer. Atq; inde sex generosi adolescentes/ Pagios vocāt/ totidē insignib⁹ equis vehebātur: simili apparatu quē de carpento diximus. Minabatur post hos nō inferiori ornamēto Equus cæteris dexterior: Hunc gladii latorē aulici vocant. Quē sequebant̄ in equis insidētes splendido sanguine nati suffacus & sanctamem⁹. Post huiusmodi mediū ordinem dextrorsum ꝓcedebant sacerdotes & clerus parrochialiū ecclesiaru3: inde ii qui sacello palatino & q maiori ecclesię inseruiūt. Succedebāt monasteriorū abbates/ sancti Victoris. Maglorii/ diuę genouefę & de fecano. Accedebāt subinde pōtifices. Sarlatēsis. Valētinus. Andegauus. Altissiodorēsis. Parisiēsis. Cardinales duo/ gurcius & luxēburgus. ille natione pictauus in germania pręsulatum obtinebat. Hic ex picardia nobili stirpē genitus cœnomanis pręerat antistes. Sinistrorsu3 pręter scholasticos nemo incedebat. Eratq; rector e regiōe prelatorum suo ordine postremus. Inter hos & pontifices medii ibant viatores regii virgas suas quæ massę nominantur inuersis capitellis gestātes. Inde caduceatores duo qui reges armorum nūcupantur monioius dico & clarenoyus. Post quos alter equus (cursoriū vocāt) toto præter oculos corpe veluto amict⁹ sine assessore ducebat̄. Cui petr⁹ de rufe primari⁹ vt añ dixi scutifer paruula mula vect⁹ accedebat regio ense accinctus. Pone hūc triū passuum interuallo ibat pedes Iacobus de stoteuilla parisinus pretor virgā manu ꝓferens. inde ex regis maxime domesticis clarissimi hoīes/ q lecticā vbi caroli fun⁹ cōditū erat cōportabant. Cui supextabāt tanq̄ in lecto iacēs caroli simulachrū simillimu3 quoad fieri potuit viuo. Erat lectus lintheo ex subtili tela hollandina in terrā ꝓfluente instratus. cui suppositū erat grāde veleutēū palliū vlnis quinquagita ꝓstās. Desup intextū ex auro palliū quinq; & viginti vlnis exten

debat similibus limbis quos in carpẽteo supra descripsi ꝑter armias. Addita erãt puluinaria aurea duo. Altero simulachri caput altero pedes nitebant aurea corona caput decorabat. Tibias induebãt sericei coturni blauio vt ita dicã colore/ sup assutis aureis liliis. Vestis prima ex purpureo tafeto. i. tenui serico & fimbrię ei⁹ aureę erant: Erat & altera tunica supior ex satino cęlestis coloris aureis liliis intexta. quib⁹ supextabat chlamis arminis duplicata/ dextrorsum apta ex veluto pari colore: liliis supinductꝭ. Ad chlamidis extremã fissurã armũ ꝟsus fibula erat multꝭ gẽmis & auro florẽtino ꝑciosa. Chirotecatis autẽ manib⁹ cũ statua esset: dextera sceptrum sinistra gerebat manum quam iusticiæ franci vocant. Ea est huiusmodi. indicem digitum & medium erectos habet. reliquos cum pollice ad volam implicitos deflectit. Dextera man⁹ paulo altius q̃ sinistra pectori eminebat: vt qui in digito aureus anulus erat videri posset. Aurei pallii angulos quattuor parlamentei senatus pręsides singuli singulos tenebant: vestibus ornati quib⁹ in curia solẽnia iudicia exercent. Ad lecticæ latera incedebant cęteri senatores rubris tunicis vestiti. Quos hostiarii lugubri toga præcedebant. Supra lecticam aureum velum quadratum decem baculis sustinebatur. quos mercatorum prępositus & scabini vectitabant. Eius veli singula latera velutea erant: ad eundem modum quo carpentum ornatum fuisse scripsimus. Quo etiam tegumento baculi tegebãtur. Ad lecticæ sinistrũ latus militare signũ quod panonem appellãt ludouicus daucus gestabat. Dextrorsum peculiare regis signum ferebat yuo dalegre. Retro prodibat cum integro vexillo Carolus tremolus. quem comitabatur chaumontus regiæ domus primarius magister. Veniebãt inde pricipes Mõpenseri⁹. de guysa. de dunoys. & dux albanię talarib⁹ chlamidib⁹ pullis capuciisq amicti. i. de cãbellarii: & ii quos regii ordinis torqb⁹ carol⁹ donauerat. q̃ttuor i. de & . xx. architenẽtes qb⁹ viuẽtꝭ caroli

pręcipua custodia fuerat. Mox sequebātur selecti nobiles ducenti tersas & splēdidas hastas manu gestantes. Sinistrū latus suo ordine decorabāt regiarum rationū cōputores. vectigaliuꝫ quoqꝫ id est vt aiunt iusticię generales. regii itē thesaurarii & ex castelleto frequētes iudices atqꝫ ministri/ honoratoruꝫ quoqꝫ ciuium ingens multitudo. Postremū omniū ibant vrbis parisiorum sagittarii: bini ꝓcedentes. Hoc apparatu & luctuosa pōpa funus ad diuę marię pontificiale templū deductuꝫ est: spectante ex fenestris tectisqꝫ vicatim innumera plebe ciuitatis. Maioris templi singula ornamēta & subselliorum ordines/ vela/ tapetes qui parietes vestiebant scribere operosum & longū esset. Lichnorū autem per tēpli muros sursum deorsumqꝫ tāto fulgore ecclesia & micabat & calebat: vt illo veniētes pauloqꝫ morati ęstuarent. Postridie solēnibus exequiis facta re diuina pari quo supra dictum est incessu: cū ad dyonisianā portam vētum ē/ ordo deducētium funus/ trāsito suburbio & rectore cū suis scholasticis domū repetēte talis fuit: qualem ab ambasia ad beatā vsqꝫ mariam de cāpis seruatū fuisse diximus. Inde ad crucē quæ in via militari ad sanctū dyonisiū est/ & pendēs nūcupatur pompa processit. Quo religiosi cœnobitę ecclesiastico ornamēto conuenere: funeri per sacras cerimonias obuiātes. Præerat illi abbas de fecano. nā loci abbas supra aliquot annos cardinalis factus romę agebat. Vbi ad oppidi portam pōpa successit quattuor parlamenti præsides & cęteri senatores suum iterū ordinem receperunt: obambulantes funus. Cui tādiu astiterunt: donec funebribus officiis absolutis ad sepulchri locuꝫ deduxissent. Fecit rem diuinaꝫ cardinalis luxēburgus. funebrē orationem iohānes andegauus præsul qui regius confessor fuerat: habuit/ lamentationis plenam. Dum in fossam cadauer deponi cœptū ē: adscitis per caduceatores regiæ domꝰ magistris singuli singulos baculos quibꝰ ministrādo regi vsi erant in fossam demiserunt. Inde caduceatores

ipsi & armorum seruientes sericeas vestes regiis insignibus pictas exuentes: eas cum suis massis deponunt. Qui vexillum (cui guydon nomē est) gestabat/ demissam magna religione lanceam ad tumulum prostrauit. Eadē obseruatione fecit is qui regium signum ferebat: cū pars adhuc feretri extra fossam extaret. Eo in fossa instrato: accedens qui panonem gerebat/ humi signū deposuit Simile fecit signifer maioris vexilli. Magnus inde scutifer petrus de rufe regiū gladiū quem terrae cōmiserat: in altum exerens: postq̄ exaltata voce viuat rex pronūciauit: caduceatores suas tunicas receperūt. Mox ex cābellariis prim⁹/ vexillū maius erexit quod postea eminēti loco positū est. His ad premissū modū religioso ritu cōsummatis epulatū est: in regia domo/ nō secus ac regib⁹ mos est. Si quis hystoriae haec ꝯiunxisse me calūniabit: miret magis/ nusq̄ apud Frācos scriptores inueniri quo ritu qua ve pompa aut cerimoniis suorum regum funera ad sepulchrū superiorib⁹ seculis deducta sūt. Delectauit me/ in ipso etiam publico luctu/ haec raptim annotasse: quae futuris hinc funerib⁹ exēplaria sint/ & nō aliū de querātur. Minus eñ operosum fuerit priora emulari: vt illis aliquid adiiciatur: q̄ ancipiti (in represēnti) cogitatione/ quid factū aut gerendū sit augurari. Occidentalib⁹ enim incolis exteri auctores vicio vertūt: q̄ se & sue gentis originem & progressum turpiter ignorent.

De caroli autē morte cui multis legationibus inseruieram hoc epigramma sum meditatus.

Nunc tandem agnosco stultus mēdacia mundi:
Et spes exiguas dum punctum viuimus eui.
Congeries nos fallit opum. nos fallit & etas.
Nec fida vllis est quesita potentia regnis.
Deserit elatos sublimis gloria reges.
Calcat & excelsum mors protenus atra tribunal.
Inde fidem si vis: repetito funera carli.
Late cuius erat omnis possessio francus.

Cui tremefacta caput summiserat appula tellus.
Britoq; depositis parebat subditus armis.
Quem ligur & veneti consulto marte petitum.
Terribilem sensere manu. forteq; duello.
Fomouii multo maduit dum sanguine campus.
Ille pila dum forte videt colludere seruos.
Confestim abripitur: & vox occlusa fatiscit.
Vix quater aspirans septena volumina solis:
Emoritur/ sine prole sacrum diadema relinquens.
I iam. rumpe alpes/ multorum effunde cruorem.
Dilata imperium/ promitte palatia cęlo
Cuiq; domus terra est longo seruanda sopore.

Scripsit quoq; de caroli inopinato obitu egregi⁹ autor faustus andrelinus q̄plurima. De quib⁹ hæc digna lectione excerpsimus.

Ecce trucis numē non exorabile parcę
Florida trūcauit surgentis stamina carli
Stamina nęstoream transcendere digna senectam
Cumęam: phrygiamq; simul: sed strenua virtus
Ante suum veniens iuuenili in corpore tempus:
Ipsis inuidiam superis cōmouit atrocem:
Et tanto orbarunt fœlices numine terras.
Festaq; plaudētis decorarunt atria cęli.

Et de pręcipuis caroli virtutib⁹ est eiusdē distichon.
Religio. bonitas. animus. donatio. iustum:
Hoc sita sunt tecum Carole summe/ loco.


Ecundū hunc (quoniam sine liberis decesserat) Ludouicus aurelianorū & valesii dux maria cliuiēsi matre nat⁹/ qui quarto stirpis gradu Carolū contingebat dū blesis agit/ rex assumitur. Statimq; sepulto Carolo Remis inungit. Mox iudicio ecclesiæ dimissa Iohāna quā vxorē Ludouici metu cū gibbosa deformiter esset inuitus duxerat: annā caroli relictā sibi copulauit: dato iohānę in partē successiōis biturigū ducatu.

Dū hæc agūtur maximilian⁹ romanorū rex: nunq̄ quiet⁹ princeps: cui⁹ cœptis fortuna raro fœliciter arrisit: coacto raptim exercitu: sequanos/ id est superiores burgūdos petit. in alteram burgūdiā quæ frācorū est/ licet ad philippū maximiliani filiū ptinere pleriq; disputēt: impetū factur⁹. Itū est, ptenus aduersus hominis conat⁹ leuibus pliis atq; incursionib⁹ nō sine vtriusq; exercitus dāno prælusis. Verum succedēte proxime bruma: induciatū est. Venere per hos dies a venetis legati nouo regi gratulātes. suppetiasq; illi aduersus ludouicū sforciā pacti: in amicitiā recepti sūt. Nō defuere cōfestim ab initio qui vel ineūdę gratię cā: vel rerū innouādarū studio vel ostētandi sui libidine moti ludouico psuaserūt aīaduertere q̄tū a maiorū legibus magistratus & iudicia desciuissent. decere illū qui reipublicę gubernacula suscepisset: restituere ea in priscā integritatē quę corrupta & neglecta esse cōstabat. Igit̄ ludouicus ante oīa pręclarū rat⁹/ si optimis legib⁹ regnū stabiliret: iudiciorū formā correxit. & disciplinę scholasticorū priuilegia interpretat⁹ est. Porro a religionis obseruātia incipiēs/ p oīa iudicia & forēsia officia perq; generaliū studiorū cōseruatorias sedes/ & priuilegiorū aliquot ptectores decretū & suā explanationē adiecit. Iussitq; in parlamēti senatu atq; aliis regni foris promulgari: misso eius rei causa ludouico albigessiorū pontifice. Tētauit autē parisianorū scholasticorū vniuersitas tueri suā libertatē/ & de regiis cōstitutionibus ea demere/ quæ priuilegiis et diuturnæ eorū cōsuetudini diuersa cōtrariaq; esse videbant̄. Misit, ppterea suos ad senatum oratores qui peterēt quæ cōstituta a rege erāt benignius explanari. neq; sinerēt iudices apud quos iudiciorū potestas erat turbari scholasticorū quietem/ qui & parisiis maximo ꝯmodo essent/ & xp̄iano orbi luminis atq; fidei stabilimētū afferrēt Si quid graui⁹ solito & præter veteres regum sanctiones statutū foret. mox dissipandā forte tam ingentē litteratoꝝ hominū multitudinē: alioq; abiturā

Morū ac institutorum reformatiões.

vbi tranquillã sedẽ3 obtineret. Ad hęc senatus respõdit/ se a rege iussos promulgare quas tulerat leges. Apud illũ autoritatẽ esse abusiones tollendi & corrigẽdi errata q̃ a suis cõmitti subditis cõperisset. Nihil de illorũ priuilegiis demere regẽ velle. Cęterũ quoad senat⁹ poterat ꝓcedere qdẽ illis ptãtem sua priuilegia edẽdi. q̃ curię exhibita incontaminata seruarent. Igiť hoc iudicãte senatu: vniuersitatis syndycus biduo tm̃ impetrato aliquot q̃ pro tpis angustia ꝑsentanea habebat priuilegia apd' scribã deponit. Neq3 melior inde facta est scholasticorũ cõditio. Neq3 derogatũ est legi. quã ludouicus rex cõdiderat. Quod iniquo aĩo ferentes scholastici coacto numeroso ꝯuẽtu: de intermittendo studio: deq3 litterariis exercitatiõib⁹ deserendis ꝯsultãt. Dicunť in eo cœtu variæ sentẽtię / donec tertio cõuenientes: ꝯventũ est in sñias eorũ/ q̃ prædicatiõibus & quottidianis interpretationibus interdicere suadebant. Postridie ei⁹ cõuentionis dies erat festus eucharistiæ sacramenti. Missum est autore iohãne caue q̃ vniuersitati pręerat rector/ ad eos q̃ cõcionaturi in ecclesiis erant vt plebi nunciarẽt/ non habendas deinceps verbi dei prædicatiões/ donec priuilegiorũ suorũ integrã libertatẽ schola parisiensis recuperasset Fuere inter prædicandũ q̃ liberius locuti sũt: ita vt ad seditionẽ oratio illorũ spectare plerisq3 visa sit. Venerat ꝑ hos dies ad vrbem guydo de ruppe forti cãcellarius in quẽ ꝓbra & libelli ꝑ multa vrbis loca positi fuerũt: incidit ꝓpterea suspicio id a scholasticis factũ esse. moxq3 per vrbem rumor irrepsit: scholasticos turmas & cõuenticula ad seditionẽ habere. Quãobrẽ paranť ab vrbis pręposito armati. nec minus vigilũ pręfectus excubias habet: viasq3 diligẽter circuit ciuitatis/ q̃ q̃ ex omni schola inuent⁹ ẽ nemo nõ quietus/ & domi se oĩno ꝯtinens. Mirũ profecto est q̃ cita & ꝑnix fama/ hoĩes quos multi inter magistrat⁹ existimasses fefellit. Ex his eñi nonnulli lr̃as tanq̃ de re cõperta ad regẽ dant festinãter: scholasticos in armis esse: sollicitare ad ple

bem populū. verendū esse ne ciuitas tota ad rebellionē ꝓpe diem spectet. festinet ergo: tanq̄ ad restinguēdū incēdium accedere. His lr̄is permot⁹ rex paucis post dieb⁹ aduenire nunciat̃ plen⁹ indignationis aduersus scholā quā nesciebat innocētem. Qua re accepta: nūcios suos corboliuꝫ quo rex vēturus ferebat̃ schola iō pr̨emittit: vt priuilegiorū antiquā libertatē recupet. aut positis per eū legib⁹ benigniorē rex explanationē adhibeat. Qui missi erant sollicite inqrentes quo in scholasticos animo ludouic⁹ esse videretur: cōperiūt illū irritatū esse vehemēter. ꝙ decretis parere tam cōtumaciter cunctarent̃: excitarentq̊ suis contionibus populi furorē quo parisii oēs nō modice turbabātur. Ea re p illustres aulicos accepta: oratores mutato de retinē dis priuilegiis ꝯsilio: pacare an̄ oīa regē leui orone cōstituunt. Igit̃ ad regis cōspectū admissi in hac snīa locuti sunt. Nihil ab eorū vniuersitate perperā esse factū. Falsa esse qųe aduersarii ad eū de seditiōe detulerāt. scholasticorū multitudinē domi quietissime agere. expectare cū summa modestia qd ei⁹ amplitudo imperaret. Videret ne p paucoruꝫ insipientiā / cōsultissimos quosq̊ pgeret vlcisci. Eū quidē positū regē esse: sed (vt est in principe apū) q vel aculeo careat: vel habitū ad vindictā nō exerat. remittat ei⁹ clementia / quod a iunioribus leuiter garrituꝫ extitit. esse in omni ciuitate dicaces. Linguas ad stulte loquendū fluxas & labiles tā parui habendas q̄ imbecilliū canū latratus. Summi principis laudeꝫ pr̨ecipuā: ab ira ne excandeat temperare: māsuetudine leniri: vt amari magis q̄ timeri studeat. Ipm vnū esse: quē nō secus ac filia patrē schola parisiensis obs̄uet. In eo spem repositam scholasticorum: q pr̨eter solam libertatem & libros possideant: dicēdi ab oratoribus: fine facto georgius de ambasia rothomagensiuꝫ primas: q inter aulicos plurimi habebat̃: eruditi inquit viri nō mirum vobis esse debet: si ęquissimus rex de abusibus q prætextu vestræ libertatis cōmitti deferunt̃ vestris priuilegiis limi-

tes posuerit. Ipi pro vestra eruditione nostis quid in his oĩbus peccatuꝫ hactenus est. Emendare vos ipsos prius decebat: q̃ alterius censura iudicaremini. Neq; enĩ sua opiniõe rex / sed prudentiũ virorũ cõsultis ac respõsis erratorũ delicta legib⁹ cohibuit. quib⁹ repugnare vos nõ oportuit ita vt repentinis edictis a vr̃o studio cessaretis / ꝓhibentes disserere p ecclĩas populo verbũ dei. Quo mediusfidius facto regem a vobis despectum esse quis ignoret? Vestræ libertati detractũ ire rex noluit. Dolos amouere / fraudes amputare est arbitrat⁹: nõ vt vestræ quieti aduersaret̃ aut bonos a litteraria lucubratione auerteret. Tenet memoria quãta tranquillitate vos fouerint reges q eum præcesserunt. Nouit q̃ sunt in regnum suum & rem cõmunẽ xp̃ianorum vestra merita. Sed vestra res sincera esse non põt q peruersoꝝ abusionibus atq; illegitimis negociis ꝑturbatur. Ea regis cõscientia est vt paucissimos malit doctrinæ recte incũbentes q̃ discolorum incompositã multitudinẽ. Date operaꝫ vr̃orum mores componere. vt regiis institutionib⁹ audiẽtes sapientiaꝫ cuius gratia conuenistis cõparetis. Si hoc ritu conuersabimini: cum principis gratiã vobis impetrabitis: tum priuilegia vestrę communitati affatim conferẽtur Hęc cũ pontifex dixisset: petentib⁹ legatis: an aliud præcipere rex illis optaret. Ite inquit & conscholasticos vestros qui hoc noĩe digni sunt / salutate. de malis nulla mihi cura est. moxq; ꝑcusso manu pectore: ipi me inquit suis predicationibus taxauerunt. illos aũt mittã alio prædicatũ. Intellexerunt hoc verbo oratores iratũ esse regẽ. Festinantes ergo parisium reuerti: vocata eodem die magno numero vniuersitate. q̃ accepissent oratores retulerũt. Rector vero ex vniuersorũ s̃nia ꝓtenus iubet / studii cõmunionẽ / exercitationesq; repetere. & prędicatoribus contionari permittit. Ingressus est vrbem Ludouicus multis armigeris cum tensis arcubus & procerum multitudine stippatus. vbi habito postridie parlamenteo senatu: leges ab eo semel posi

tas publico edicto pertinacissime cōfirmauit. Erat quidā ex contionatoribus thomas varuetus cameracēsis qui nescio quid minus ꝯsulto inter prędicanduꝫ dixerat. Hic sui conscius non expectato regis aduētu: cameracū vnde oriundus erat se recepit. Iohannes aūt standonc brabantinus theologus doctor vita & doctria clarus/ ludouico alioqn suspectus qui collegio montis acuti præsidebat/ regno interdictus est. proscriptionis causam non comperi. His rebus gestis cum philippo deinde archiduce ob pręstādā regi fideꝫ liberaliter actum. Veniens enī attrebatum (quo missi a ludouico rege/ guydo de ruppe forti cancellari⁹ & ludouicus luxemburgus ligniaci comes se contulerāt) in verba regis/ stante pro tribunali cācellario/ philippus flādrię & arthesii comes iurauit. oppidaqꝫ cum toto arthesio quę anteq̄ pubesceret/ rex vt feudi dominus occupabat: recepit. Sub idem tempus heluetii qui & suitenses in germanos vastatis illorum agris ferociter incurrūt. Maximilianus numeroso exercitu instructus suitenses vlcisci festinat. Cæterum ludouicus iniuriarū memor quas a ludouico sforcia apud nouariā supra annos tris acceperat: simulqꝫ mediolani ducatum tanq̄ ad se pertinentem vindicare constituens: grandi conflato exercitu alpes traiicere copias pręmittit Quas (reuisa obiter vxore/ quia grauida erat) Lugduni non cunctanter assequitur. Vbi magistratuum ciuiumqꝫ ordinibus accurate dispositis: cleri præterea apparatu/ publica omnim lætitia excipitur. Itaqꝫ ingrediente ludouico ciuitatem: vbiqꝫ ludi iociqꝫ celebrantur. & plausu cantuqꝫ æther resonabat: ea præsertim causa: ꝙ nouo regi maxime gratulari lugdunenses cupiebant. & in expeditionem aduersus insubres proficiscēti fœlicem auspicari euentum conabantur. Nam animo reputātes insidias quibus apud fornouium carolus octauus appetitus fuisset/ & quo apud nouariam modo ludouicus laborasset: nemo non gaudebat accinctum ad bellum

Philipp⁹ fidē pstat

Bellū heluetiorum

Expeditio in mediolanum.

regẽ ĩtueri: quẽ & hostes vlturũ / & sua repetiturũ sperabát Enĩuero mediolanẽsiũ ducat⁹ supra aliquot ános a morte Philippi / q fuit ex vicecomitũ familia vltim⁹ mediolani priceps & anno salutis.cccc xl vii. supra mille e vita migrauerat / ad aurelianensiũ ducẽ Ludouicũ hoc potissimũ in re pertinere cõstabat. Itaq; philippus sororẽ habẽs valentiná hanc ludouico: qui regis caroli sexti frater / & aurelianensiũ dux erat vxorẽ tradit. data illi in dotẽ astensi vrbe. quá nihilomin⁹ tradere licet a carolo fuisset sępenũero admonit⁹: tam diu recusauit: donec rerũ necessitate adduct⁹ spe auxilii a carolo impetrádi: illá raynaldo drensnensi caroli regis prefecto (qui ꝑpterea missus erat) restituit. Quá a raynaldo recepta: sequenti ꝑxima nocte phillipus febre & alui ꝑfluuio interiit. Raynaldus autẽ tametsi duob⁹ tm̃ armatorũ millib⁹ ĩstructus astam teneret: postq̃ de philippi morte certior fact⁹ est: simulq; ĩtelligit mediolanẽses cõsiliũ capere dominũ ne quẽpiá admitterẽt: an in libertatẽ se asserẽtes rem suá paucorũ moderationi cõmitterẽt: dũ occupare alexandriá cupit: nõ nulla agri illius loca vi obtinet. diripitq;. donec repugnátib⁹ boscensib⁹ / qui ad alexandrinos pertinẽt / cũ illos pertinaciter obsidet: mittunt a mediolano milites / qui raynaldũ multis francis partim captis / partim occisis exuperát. & victũ in alexandriá ducunt. Fuit alexandrinorum in captiuos ferina crudelitas.

Eodem tẽpore insurgentib⁹ per frácia diris factionib⁹ & rege p tpis interualla mẽte capto a mediolanensi bello cessatũ est. Erat franciscus sforcia vir aĩo & opere militaris qui blanchá mariá Philippi filiá vxorem duxerat. quam ex agnete nobili maynę stirpis foemina philippus illegitimo thoro genuerat. Eá ob rem franciscus mediolanenses ducatũ occupare cõtendens: depulsis venetis / q aliquot vrbes in ea regione tenebát / ducatũ occupat / recepto vniuersi mediolanẽ. agri dominio. Ad quá rem magno vsui fuit renatus andegauorũ dux / qui collecto ex frácis ad bel

Itum siciliense milite francisco se ꝑiunxit. vt quietis aliquã/do mediolanensium rebus eius copiis in rem suam vtere/tur. Itaq̧ postq̃ manus gallica ad franciscum venit: pontẽ vicum (ad olium amnẽ ponte facto) circũuallat. vbi exar/dens in expugnatione francorum furor: miserabilem ĩ op/pido cędem/ incendiũq̧ excitauit. Quod cum restigui fa/cile nõ posset: totũ oppidum/ quia venetarum partium erat/ permittente francisco cõflagrauit. Hęc clades ad fini/timas ciuitates delata/ miro terrore ĩcolas pculit. ita vt ad sua iam mœnia stare gallos existimarent. Hinc cremona: mox brixiensis ager/ & quæ in mõtanis sunt oppida atq̧ arces: octauo post põtis vici excidiũ die: frãcisco paruerũt. Atq̧ ĩde succedẽtib⁹ ꝓspe reb⁹/ mediolanẽses frãcisco se ꝑ miserũt. Tã vtilis fuit illi gallorũ anim⁹ ferox. Sed itali scri/ptores crudelitatem appellant/ propterea ꝙ italus miles stipendia faciens hostium spolia magis q̃ belli finem velit. Francisco liberi quattuor fuere. galeacius. philipp⁹. ludo/uicus. ascanius: ipse intercute morbo iterijt. Galeacius suc/cessor ab andrea lampugnano in diui stephani templo a/pud mediolanum occiditur: relicto filio galeacio. Quem patruus eius ludouicus sforcia venenauit. inuasitq̧ mor/tuo adolescẽte ducatũ ad hos vsq̧ dies/ cum ludouic⁹ rex bellũ tyrãno indixit. Superatis igitur mense augusto al/pibus: cum astam copiæ peruenissent: duo in alexãdrinis oppida: quorum alteri Non: alteri roqua nomẽ est expu/gnata diripiũtur: soloq̧ ęquãtur præter Roquæ arcem q̃ in edito loco sita aditu difficillima est sed tñ incensa. Mox in alexandriam itum/ ductore Ianiacobo/ qui a ludouico sforcia ob male a tyrãno administratam rempublicam ad ludouicum regem se cõtulerat. Tenebãtur alexãdrini fir/mo sforcianorum præsidio. ideoq̧ acerrime primo impe/tu se tuentes summa difficultate expugnari potuerũt: do/nec e muro Galleacius qui vrbi prefectus erat se proripiẽs ad sforciam aufugit. Et in eis quidem breui tempore subi

gendis magna non sine nostrorũ incommodo cædes facta est & pars ciuitat9 direpta. nã pter id quod in sforciano rũ fide stare alexãdrini ptinaciter studebant: addebat illis animos vetus odiũ gallici nomis. quod post senonensiũ in italiã irruptionẽ omibus fere italis semper exosum fuit: nũc illorũ leuitatẽ/ nunc crudelitatem auariciãq3 & libidi nẽ exprobrãtibus/ quasi hmõi vicia nõ maxime apud il los regnent. Nulla enim re insignior fere sicilia est: q̃ princi pũ qui in ea regnauerunt nece. Et cõditor vrbis Romulus fratris sanguine imperiũ est auspicatus. ipse deniq3 in sena tu ab iis quos cõscripserat patres direptus est. Indigna est nomie crudelis illa fœmina: quę in patrẽ recẽter trucidatũ carpentũ quo vehebatur aurigam agere coegit. Sed nun qd Tarquiniũ cũ sua omni posteritate expulit roman9 fu ror? Proscripsit & cõsules. Corinthũ ob leuem culpã deso lauit. Horret anim9 sillanæ crudelitatis meminisse. q atro ci imperio legiones quattuor clemẽtiã miserabiliter ppræ cantes trucidatas in tyberim pręcipites dedit. Qui præne stinos fide impunitatis data spoliatos armis e cõspectu ci uitatis ad quattuor milia & sexaginta iugulauit. Quin & occisorũ capita crudelis dictator oculis eius oblata aspice re p voluptatẽ non horruit. Nec humanior existimari ma rius debet/ qui marci antonii pręclari oratoris mẽsę appo sitũ caput manibus per ludibriũ contrectauit. Quis nescit cęsarem multis in curia vulneribus p̃sente senatu fuisse ne catũ? Sed ne singula cõmemorem: plerosq3 etiam laudatis simos imperatores insolẽs roman9 miles occidit. Simile ĩ aliis multis italię ciuitatib9 & regulis legim9/ & accepim9 nostra memoria perpetratũ. Gallia autẽ semel acceptos re ges iuiolata fide obseruauit. Sed panygericũ ad gallos: in italos satyrã scribere nõ assumpsi. Perseuerãt ab ortu cuiq3 gẽti cognata vicia: q̃ altera alteri ĩproperet. Illud obiter di co extare p italiã gallicę glorię atq3 maiestatis ppetua mo numẽta: quib9 ad hũc vsq3 diẽ illustranť insubres. & p̃da

ras a gallis cōditas vrbes habēt. Mediolanū/ Comū/ Brixiam/ Veronā/ Bergomū/ Tridentū/ atq; vicentiā. nōnulli papiam addūt quā a boiis atq; cœnomāniis Eutropius pditā tradit. Quiimmo magnę portioni italię pdurat gallicū nomen. quod & ab eisdem & a senonibus gallorū populis initiū accepit. Extant alia recentiora gallorū nō obscura apud italos gesta. in quib⁹ nō exiguā laudē obtinet Carolus ille magnus francorū rex. qui apostolicę sedis inimicos frequēti expeditione vltus est. Cuius munificentia obrutā ruderib⁹ florentiā restituit. Nec abscōdere potest sicilia q̄ a gallis olim per richardū & tancredū pcq; andegauorū principes ornamēta accepit. Ad quorū gloriam accedit appulia atq; neapolis vbi visuntur magnifica gallicę virtutis argumenta quib⁹ admoneri decebat ingratam pnunciā ne in pulchre meritā de se gētem: panhormi: perq; reliquam siciliā clandestinis cōciliabulis furens crudelitatem nouo exemplo exerceret/ per pditionem ausa/ quod palam agitare sibi metuēs pfidia formidabat. sed ad ppositā narrationem me cōuerto. Alexandria quia astensib⁹ finitima est ad omnē motū gallicę vltra alpes expeditionis primā belli molem sustinere solita/ ruinas hacten⁹ suæ calamitatis ostendit. Accepta alexandrinorū expugnatione mox papiēses in regis potestatē trāsiere. Quo euentu permotus vecors sforcia/ & desuorū erga se fide dubius: subducere se periculis cogitauit. Positoq; i arce mediolanē. ad presidiū milite: dat nō paruam prefecto pecuniam. ratus arcē quę longe munitissima est annū totum aduersus irruentē francū resistere posse. quo in tempore ipse ad Maximilianū romanorum regem (cui suam neptem in matrimonio collocauerat) se recipiens germanorū inde copias educeret. Atq; ita cum filio & paucis clam per comū per lacum larium tridentum ignauus abscessit vbi a Maximiliano romanorū rege receptus cōuocatis tertio germanię pricipib⁹ de recuperādo ducatu auxiliū petit. Fugiēte sfor

Ciuitates in subriū gallis cōdite.

Sforcie vecordis fuga.

cia non multo post mediolaneñ. regẽ admiserunt. Et arcis præfectus idem facere admonit⁹ semel atq; iterũ restitit tã q̃ arcẽ sincera fide sforcię seruatur⁹. Sed auaricię (quę lombardis cõgignitur) obsequens: arcẽ dediturum se promittit: si quã in ea supellectilez ludouicus discedẽs reliquerat/ regio dono sibi liceret accipere. Placuit partim cõditio & dimidiuz supellectilis præfectus accepit. Decẽq; millibus nũmum aureorum a rege donat⁹ est ne diuturna obsidione forte labefactãda arx impẽdiosa reparatione indigeret. Quę sex validissimis turribus exurgit quas latissima fossa et aqua perennis cingit. Estq; intra eius arcis ambitũ altera quã roquetã vocãt vix (si defensorẽ habeat) expugnabilis. Vnde ad tertiũ vsq; lapidem sunt subterranei meatus tres/ per quos fieri libera in campos eruptio potest. In ea biẽne viaticũ & arma reposita erant/ quot duorũ hoim millib⁹ instruẽdis sufficerent. Et duo machinarũ bellicaruz milia prẹter quattuor ingẽtes bõbardas tam in priore arci q̃ in hac roqueta reperta sunt. vanũ ꝓculdubio & inutile in tãta mole munimentuz quod meticulosus atq; ignauissim⁹ princeps viso necdum hoste deseruit & prodidit auarus præfectus. Igitur rex munitionem admiratus: vah inquit hunc locum annos multos facile defendissem. Hanc arcez franciscus sforcia condidisse perhibetur. Mediolano cũ arce recepto reliqua regionis oppida cũ castellis vniuersis libera paulopost deditione in regis potestatẽ traducta sũt

Genuẽses Venere præterea genuẽses. quibus p̃fectũ dedit Philippũ rauestanũ materno sibi genere attinẽtẽ. Venetis cremona cũ aliquot insignibus mediolanẽsis pricipat⁹ locis (q͡a ita ab initio ꝯuenerat) permissa. Turcoꝝ insultus. Sub idẽ tp̃s turcorum classis quos auxiliares sforcia adciuerat / a venetis gallisq; maxima parte deleta est. Præerat venetorum classi anthonius grimanus inter venetos apprime diues qui cum victoriã in manibus haberet pusillanimiter agẽs turcho nõ restitit quin naupactũ (lempatũ vocant) ingressus solo ęq̃

uit. Fráci vero salamina nauigátes / hostiliter occupauerút igni ferroq; oia vastátes. Cephaloniá venet⁹ inuasit cepitq; Turchus forúiulliú inuadés oia crudelissime in predá vertit. Sed a hungaris & Bernardino comite francpano obsessus hostis / fame tabescétibus equis p inaccessa capris môtiú iuga reptando potius q̃ incedédo euasit. Interemptis magno numero quos abducebat xpianis captiuis. Tá ꝓspera & minime cruenta intra paucos dies habita victoria adductæ Italiæ ciuitates & reguli / legatos quiq; ad regem miserút gratulatú rebus ei⁹ ꝓsperis oblatúq; opé suá : si ea vti placuisset. Fuerútq; a poetis ei⁹ regionis multa ad regi excellentiá carmina honorifice scripta & oblata. In hac rerú fœlicitate quidá mediocri nobilitate armati licentius militú more agentes ob stuprú & fœdas libidines vltima (rege mádáte) passi sunt. Fuit his diebus per gallias pluuiosus aer: & ꝓpter continuos imbres vuę nô maturuerút Et parisiis peste laboratú est: nô tñ diuturna. Priusq̃ in lôbardiá ꝓficisceretur ludouicus / de normáno scacario (id est cômuni gentis normánorú foro) suasu maxime Georgii de ambasia rothomagensiú archisacerdotis hęc statuit Mos erat post rollonis mortem diligéter obseruat⁹ statutis annis scacariú rothomagi indicere. Ibiq; ex omni normánorú côuentu totos tris méses ius dicere litigatoribus qui ad scacarium doleátiam (quo nomine ꝓuocatio significatur) perferebát.. Id tempus quia expediendis iudiciis haud quaq̃ sufficeret: restátibus multis causis q̃bus patronorú culpa finis dari nô posset. (Patronis em̃ qui ꝯsuetudinarii a normánis dicútur suúq; a litibus lucrú augurant id iterstitiú maxime côducebat). Edixit ꝓpterea rex scacarii nomen in plamentú cômutare: vt nô alternis ánorum vicibus: sed ppetuo côsensu causę in eo agerétur: iusq; diceretur. Igitur huic plaméto iudices q̃ttuor & côsiliarios sex & viginti istituit. Addidit p̃terea cácellariá & regiú sigillú Præsides fuerunt Iohánes hebert côstátianus præsul. An-

Scacariú i parlamétú cômutatio.

thonius boierus monasterii sancti andoenii abbas. Cristoforus de carmona/ & Robertus calange. Cœperunt sedere in eo parlamēto kalendis octobris anno dominicę pietatis quadringentesimo nonagesimonono supra mille. Quo anno tertio idus octobris anna regina fœminā parit. cui claudię nomē inditū est. Et pons nouus apud parisios secundo & nonagesimo anno postq̄ cōditus fuerat: cū vniuersis ędibus quæ pulcherrimo ad vtrūq; pontis latus ordine eadēq; forma atq; altitudine sexaginta super extructę erant horā ante meridiē circiter nonā totus cōcidit. Quod vix existimandū incōmodum/ præpositi & scabinorū vrbis negligētia accidisse cōsentanea oīm fama prædicabat. Cum enim annuas octingentas libras ex pontis prouētu acciperēt permodicū tamē in eo instaurādo impendebāt reliqua in suū cōmodum reponētes. Nā superiore anno/ ędilibus qui magistri operū vulgo appellātur/ denūciantibus tigna quib⁹ pons nitebatur antiquata esse: atq; ideo opus esse (veterib⁹ sublatis) alia apponere: negociū distulerant: donec imminēte prope diem ruina: cū de instaurādo ponte nulla spes esset: faber lignarius ad cēsorem criminum iohānem papilionem veniens: ruiturum ante meridiem eius diei pontē constāter affirmat. Quāobrem (asseruato in custodia fabro) censor ad curiam protenus venit. Quē q̄ intempestiuius solito accederet (erat enī hora fere septima) Theobaldus bailletus ex curię pręsidibus secundus ratus censorē de captiuis pro suo officio aliquid cōsulturum/ rogat quid velit. Est inquit cēsor aliud miserabile. Pon nouus proximā & nunc instantē ruinam minat̃. Id renunciare senatui aduenio. Inde theobaldus confestim ad senatū cōuersus/ dirum nunciū explanauit. Mox ex senatusconsulto censor nihil cunctatus oēs pontis inquilinos migrare iubet. simulq; regios seruiētes ad pontis extrema locat: q transituros prohibeant. Dū supellectilē quisq; suā & merces auferre trepidus festinat: q in ea re tardiores fue-

1590 (margin note, handwritten) — Pōtis ruina. (margin note)

runt/ vna cū pōte corruerūt. Fuit hęc iactura cū multis inquilinis tum reipublicę parisiorū apprime molesta. Inquilini domib⁹ mulctati/ & quos p̄cario aliena domicilia subire oportebat/ sua damna querebātur. Plebs tanto accepto incōmodo ī rectores tumultuari & furere timebāt. Quod ne accideret: parlamenteus senatus prępositū mercatorū iacobū pedēferreū & scabinos cōfestim accersiri & in custodia apud regiū palatiū seruari iubet. In quos iudiciū ferre nō prius voluit q̄ de pręsenti fortuna regẜ s̄niam explorasset. Pręnūciabāt ruinā ingētes in edib⁹ rimę/ & in trabium tignorūq̧ cōmissuris hyat⁹. Et pauimētū fatiscere cœpit. moxq̧ nō sustinētibus tantā molem veteranis tignis: pauimentū primo reliqua inde om̄ia quæ ponti hęrebāt in semet ꝓna & tāq̄ sibi occurrētia miro fragore ꝓlapsa sunt simulq̧ tanta puluerum nubes aerem obscurauit: vt nihil esset vidētibus ꝑspicuū Sistit sequana suos fluxus: & sursum nō secus ac si cataractis fuisset cohibitus refluxit. Puellę enim quędam dum ad glatinia cum paulo supra pontē pannos abluūt/ altera fluminis restagnatiōe correpta extincta est. Altera fluctibus pręualēs enatauit. In cunis obligatus infans in summā aquam emergens (ad nauigātib⁹ qui in flumię cū lembis erāt nautis) periculo liberatus est Vnus ex iis qui quotidiano q̄stu operas suas locāt/ dū ex quadā domo magnū sagittarum atq̧ telorum fascem efferendum ab opifice desumpsisset: ipse vna cum fasce clitellis ad humeros imposito in flumen collapsus/ nullo vulnere p̄terq̄ parua cutis derasione offensus nautarū ope eripitur. Alter vbi dissolui pauimētū aīaduertit: ad posteriorē ędiū suarū fenestrā raptim cōscendens: cū nandi perit⁹ esset/ se deiecit in amnē: atq̧ euasit incolumis. Tam vario euentu aliis saluatis: alii non admodū multi ruina attriti perierunt: Eius pōtis longitudo septuaginta passuū & pedū q̄ttuor. Latitudo octodecim passuū erat. Sustinebatur secundū aluei latitudinē decē & septẽ tignorum ordini

bus. Singuli ordines tigna triginta cõtinebant. Quodq; tignũ paulo plus pedis crassitudine cũ esset: duobus & quadraginta pedib⁹ longũ erat. In eo põte deambulãtes cum nulla parte aspici flumẽ posset: in ptinẽte se esse: & in nundinis diuersari reputabãt. itaq; tãta ibi opificũ atq; rerum venaliũ copia & varietas erat: tam præterea ęqualis & speciosa domorũ facies: vt inter publica regni frãcorum opera id est non iniuria primarium dici potuisset.

De põtis ruina apđ parisios.

De huius pontis casu hoc epigramma condidi.

Ne longa dubius titubes indagine rerum/
Quid sors forte ferat/ aut qui sit casibus autor/
Argumenta patent plus solis lampade dãni.
Non fato cecidit/ non ictu fulmineo pons.
Nec mala portendit dirus pręsagia casus.
Prętor & ędilis/ & stipes debilis ęuo/
Pontis causa fuit miserandæ infausta ruinę.
Qua sexaginta flumẽ desorbuit ędes.
Matresq; & teneros violentus sequana partus.
Et famulos pariter sęuo torrente vorauit.
Mole ruinarum stagnauit gurges/ & vnda
Retroflexit iter/ donec pręstantia rupit
Alueus indignans sibi dudum peruia claudi.
Et se terrifico prouexit murmure fluctus.
Obruta nunc saxis/ nunc tignis vndiq; trita.
Corpora mersa latent. & piscibus esca manebunt.
Crispini festum dicent insigne nepotes
Tam tristi clade/ quam mœsta lutecia plorat.
Quingentos nostrę post annos mille salutis/
Dimidium cicli si vis subducere solis.

Mediolanensiũ ordinatio.

Inter hãc parisiorũ publicaꝫ calamitatẽ rex Mediolani agens ad ordinandã insubriũ rempublicã animũ intẽdit. Quã a sforcia vehemẽter vexataꝫ grãdi tributo leuauit. Nã ex annuo vectigali mille sexcẽtorũ octo milliũ sexcẽtorũ octogintasex librarũ turonẽsiuꝫ quæ sforcia exigebat: rex

sexceta & viginti duo milia & quingetas libras tm accipe cotet⁹: psidia munitiorib⁹ locis iposuit. Comissaq; in primis ianiacobo primaria ducat⁹ gubernatioe: illu mediolani i palatinis ędib⁹ hitare iubet. Quetino scoto roqta pmittit/ eiq; duceto pedites francos & totide scotos attribuit. Maioris arcis custodia dño de scepeio madat cu qdringetoru militu fraci sãguis & leuis armaturę psidio. Ianuesib⁹ rauestanu. Sauonesib⁹ yuone dallegre pfecit. Palatio vrbis iohanes de scto symoe: castelleto quod vrbi Ianuæ eminet guyon⁹ regis admirald⁹ pręponit. Castellis aut & isigniorib⁹ oppidis q etruria versus mari ligustico adiacet/ fracoru atq; suitesiu psidiu collocauit. Ad huc modu ppositis p insubres reb⁹ rex in fracia mese decebri reuertit. Pręstolabant trecis regis aduetu guillerm⁹ iuliaci & Carolus gheldriæ/ duces. qb⁹ erat de isignib⁹ ferox cotetio. Indignabat em iulliacus/ carolu vicinu sibi duce eade q ipe gestabat insignia vsurpare relictis maioru suoru insignib⁹ duce insup iuliaci se nucupare: nec resipiscere quis sępenumero fuerat ne id faceret admonit⁹. Vn crescete idignatioe q par pari cędere recusabat res armis cœpit disceptari. Digladiatuq; est multu acerrime. Et iulliacus quide oppidum arcklens quod i planicie & loco silluestri situ munitissimu carolo ptinebat cepit. Couenerat igit tade ad fracoru rege de ea cotrouersia referre: vt quod ille arbitraret id litem dirimeret. Quaobre pfectis aurelia ducib⁹: & ca diligeter agitata: Carolu gheldriæ iulliaci ducis insignib⁹ abstinere pnuciat. Oppido vero arcklens iulliacu cędere: & illud carolo restituere decernit. Vsusq; digna rege munificetia qttuor millibus numu aureoru iulliacu donat/ astituta insup i annos singulos pesione. Comitabant iulliacum duce cu plurimis tum viri illustres Philippus de vernebergh. Guillerm⁹ de vualdech comites. Guillerm⁹ de renebergh baro insignis. Dñs iohanes nagel ecclesiæ monasterien. canonicus & diui iohanis osnaburgen. ppositus. Crato de mylendunck eques

Iuliaci ducis aduentus.

auratus. Iohãnes palant de vvildenbergh domin⁹. Robertus plettẽbergh Godefridus hansseler iuuenis generosus. quem suorum aulicorum numero rex ascripsit. Reliquis vel pulchro munere vel annua pensione honestatis.

Comparata hoc pacto intra duces amicitia/ rex lochias profect⁹ est. Carolus gheldrius molinũ: Iuliacus parisios petit. Vbi dũ honoris causa regiũ senatũ ingressus consedit: Iohannes Couardus/ primari⁹ pręses/ in mercatorũ prępositũ/ scabinosq3/ de qb⁹ supra a nobis dictũ ẽ/ sniam tulit. Pecunia eñ ꝓut quis eorũ negligẽti⁹ magistratũ gesserat multat⁹ ẽ: oẽsq3 officio amoti: ita vt inqlinorũ q pontẽ icolebãt/ icõmodũ & iacturã (dãni ęstimatiõe ꝑhabita) cõpẽsarent. In reliquos qui extra ordinẽ erant: & supra aliquot annos scabinatui prefuerãt: q imminẽti tã diu ruinę nõ occurrissent pœna indicta est. quito idus Ianuarii. Anno christianę religionis. M.cccc.xcix. Peroratio.

1499. Aec sũt quę ex ingẽti frãcorũ annaliũ aceruo delecta ad cõpẽdiũ deduxi: ducẽtorũ supra mille annorũ curricula cõplexus. Legat pi⁹ lector cui hęc forte cõueniẽt. Sin minus: iustis saltẽ gaguini in rempublicam laboribus non detrahat.

Additiuncula de rebus post obitum domini Gaguini pręclare gestis.

Actenus Gaguin⁹ noster. Quẽ si fata virũ nobis cõseruassent: nõ tacuisset isignis victorias: nobilis triumphos: atq3 iclyta & xp̃ianissimo & iuictissimo rege digna: Lodoici duodecimi frãcorũ reg3 gesta. Non inquã tacuisset q̃ta dexteritate Lodoicu3 sforciã ducat⁹ mediolanẽ. incubatorẽ in vicula ꝓiecerit: et fratrẽ ei⁹ Cardinalẽ ascaniũ ope venetorũ captũ ditioni suę addictu3 habuerit: & demẽtissime ac etiã pulcherrime donatũ remiserit Neq3 nõ scripsisset q̃ta virtute neapolim rursus expugnatã receperit: Turcasq3 ꝓfligauerit: & quãta

mortaliũ pſidia gallus neapoli faceſſere coact⁹ ſit: vt facile obſtruxerit illius ora q de gallis expulſis poemati ſuo triũ phũ inſcripſit: q (ſi virũ noſco) meritas temeritatꝫ ſuę pœnas fauſto Andrelino poetę regio/ ꝓpediẽ dabit. Neqꝫ vero ſilẽtio ꝑteriiſſet cũ q̄ta feſtiuitate: ſplẽdore: fauore & verę amicitię teſtiõiis philippũ auſtrię archiducẽ in hiſpanias ꝓficiſcẽtẽ & redeũtẽ amplexus ſit. At ne id quidẽ indictũ aut illaudatũ reliquiſſet: quãta pietate/ quãta põpa & regii ſanguis ſtẽmate lõga ſerie ducto idẽ pĳtiſſim⁹ atqꝫ inclytiſſim⁹ regũ Lodoic⁹ duodecim⁹ oſſa & cęteras optimi patris ſui Caroli ducis Aureliani reliqas e Blaſiano monumẽto pariſios trãſferẽdas: & maiorũ ſuorũ Mauſoleo (qd̕ ibidẽ apud Cęleſtinos hñt iſignifſimũ) ſub ſacro quadrageſimalis ieiunii tpe: anno dñi. MDV. apponendas curauerit: vt taceat vaniſſim⁹ ille chronicari⁹: q i ſupplemẽto chronicarũ (Sic em̃ iſcribit opus ſuũ) nõ ẽ verit⁹ tã laudatę vitę ducẽ: tãqꝫ anxie iuſtũ virũ mẽdaciter aſſerere ob demerita apud pariſios vltima ſupplicia luiſſe. Vt non ſit ſũmopere mirandũ ſi de priſcis reb⁹ multa mẽtiti ſint hiſtoriographi: cũ res pręſentes & q̄ ſub oculis viuẽtiũ adhuc verſant tã apertis inuertũtur mẽdaciis. Fuerit autem regii muneris vt qua pietate cineres paternos multa iaꝫ pace repoſtos trãſferẽdas curauit: inocẽtiam paternã vindicet: & operis illã partẽ ſi nõ mundo (quod tamẽ per ſummi põtificis authoritatẽ illi q̄ facillimũ fuerit) at regno ſuo extерminet. Sed (vt finẽ faciã) neqꝫ Gaguin⁹ nr̃ operi ſuo iuidiſſet fauſtiſſimas & auſpicatiſſimas nuptias ſũma prudẽtia regis & toti⁹ regni imo cęli auſpicio celebratas ꝑ venerabiliſſimũ dñm Georgiũ de amboſia: cardinalẽ & ab latere ſũmi põtificis legatũ: iter frãciſcũ Valeſii ducẽ nobiliſſimũ et regni hęredẽ: atqꝫ Claudiam vnicũ regni ſpecimẽ & vnicã regis reginęqꝫ filiam. Verum quia de tantis rebus (vt de Carthagine cenſuit Salluſti⁹) conſultius fuerit tacere q̄ aut parum aut frigide dicere (pręſertim cũ pauli Aemilii viri

disertissimi & authorꝝ grauissimi nō iteritura sint: q̄ quoti die scribit monimēta) verbū nō amplius addo.

Recitatio aliorū de pugna morinensi.



Aeterū qa polliciti sum⁹ q̄ ab aliis de pugna apud morinos gesta scripta sūt i mediū adferre: ea sūt hmōi. Maximilian⁹ austrię dux cū eqtib⁹ suis & magno peditū p̄serti flādrioꝝ numero aciei francoꝝ debite istructę obuiā ꝓcessurus e munitiōe sua (qd̄ ꝑcū vocāt) erupit: relicto tñ ibidem pro custodia sarcinarū & cōmeat⁹ valido p̄sidio. frāci āt maximiliani primā aciē magnanimiter excipiētes pauloq; post aggressi: cędē magnā faciūt & q a pte maximiliani stātiuꝫ fugę se dederūt eques frācus Aeriā vsq; ꝓsecut⁹ ē. Interea validū p̄sidiū morinoꝝ erūpit & munitionē ac custodiā sarcinularꝫ. cōmeatuū & rerū p̄ciosaꝝ interrūpit: cęsis ꝑmultis: captꝭ nō paucis: & direptꝭ spoliis. Quib⁹ attētis cū flādrini pedites fugę sese accigerēt comites de Romōte & de nassau: eos fortiter animātes acie bono ordie cōposita retinuerūt: i ei⁹ medio ducē cū nobilib⁹ eqtib⁹ ꝯstituētes. Supuenit āt Philipp⁹ desquerd⁹ regius in eo p̄lio vicari⁹ / cū igēti exercitu eqtū necnō octo miliū frācoꝝ sagittarioꝝ peditū: q copias maximiliani ter aggressus irrūpe nō valuit: fortiter tuētib⁹ se flādrinis: & subinde erūpētib⁹ nō sine frācoꝝ strage. Stabāt aūt seorsū bipti to agmie frāci sagittarii circiter octies mille: q parti machinis maximiliani grauiter quatiebanť: parti ad p̄dā sese accigebāt: intelligētes munitionē ac vallū seu castra i qb⁹ sarcinę flādrorū erāt a frāco eqte expugnata: quocirca se victores rati & i p̄dā ipruděti⁹ irruentes a p̄fatis comitib⁹ de Romōte & de Nassau sūt intercepti & velut oues apud Guinegatā trucidati. Itaq; ab exordio hui⁹ cōgressus ex frācis & Burgūdis quattuordeci milia desiderata memoranť: inter q̄ prefectus Beluacesii & p̄tor Rotomageñ. cęsi sūt. Nec cōpertū habeť vtrū de frācꝭ an de Burgūdis plures ceciderit. Venere tñ viui i man⁹ ac vincula frācorū septigēti fere bur

gūdi: iter quos nō polonię regis fili⁹ (vt qdā dixerūt) sed dñs de polē nobil' admoduꝫ & alto loco nat⁹ eques ex austria fuit. Verū cū āceps pliū fuerit: victoriā eqtuꝫ frācis: & peditū Burgūdis nō iniq cēsores attribuūt. Finis.

P. Fausti andrelini foroliuēsis poetę laureati ac regii in amplissimo gymnasio Parisiēsi oratoriā ac poeticā artem ꝓfitētis in gallicas hystorias ab eruditissimo Roberto gaguino editas Carmen.

Vt nitidos totum radios diffundit in orbem
Cum titan puro splendidus axe micat:
Hystoriis sic galla tuis monumēta relucent
Exculte ac breuibus clare Roberte sonis.
Grandia milleno qs tędia voluerit anno
Quę rudis immenso codice massa parit:
Gallia q̄ debet regalibus inclyta gestis
Tam debent scriptis regia gesta tuis.

Herasmus Rotterdammus Roberto Gaguino viro vndecūq; doctissimo Salutē dicit.

QVod francorū regū principūq; res gestas: idōei scriptoris desiderio: hacten⁹ in tenebris ꝓpe sepultas pedestri hystoria in lucē efferre atq; imortalitati ꝯsecrare institueris Roberte gaguine: pcipuū gallicę academię dec⁹: nō possum equidē istū tuū laborē nō magnopere ꝓbare. Sumpsisti eni (imo poti⁹ suscepisti) mun⁹ (mea sñia) pulcherrimum: & cū oib⁹ latinarū lrarum studiosis: incredibili voluptati futurū: tū vero gallię tuę splēdidū imprimis. magnificū ac (vt ita dixeri) triūphale: deniq; tua doctria: tua eloquētia: tua pietate dignissimū. Neq; eni vlla te alia cā (quandoquidē neq; quęst⁹ neq; glorię vel leuis vnq̄ tibi habita ratio est) ad istud negocii capessendū ꝓuocatū esse facile crediderim: q̄ singulari in patriā pietate: quam & tu: & optimus quisq; semp fecit maximi. Dolebat nimirū tibi (quod ego quoq; mecuꝫ interdū mirari soleo) gallorū virtuti glīam tā maligne respō

dere:& q olī cū italis factis sepe ꝯtenderint:nūc etiā ꝑcesserint:eos tñ ob hystorici pœnuriā:opinione ac fama tā lōgo interuallo ꝯsequi. Dabunt itali mihi veniā:si nobis idē videt̃: quod franciscū philelfuȝ italū natū non puduit fateri. Extat em̄ illius ad carolū regeȝ octaui(opinor)auum epistola:in qua pręter multas laudes:quib⁹ franciæ regnū ꝓsequit̃:illud quoqȝ ingenue fatet̃. Romanos quidē olim pacis belliqȝ artib⁹: lōge oiȝ amplissimū sibi peperisse imperiū:pręterea nō segnius ingeniis: q̄ prius fecerāt armis: cū grecis ꝯtēdisse: verū antiquā illā imperii gloriā: factionibus ac studiis prauis:in deterius ꝓlapsam esse. Cōtra vero francię regnū:prudētia regū:principū fide:ciuiū ꝯcordia:eousqȝ creuisse:vt iā facile cū quouis alio xp̄iani orbis imperio possit cōtendere/ vel opibus/ vel imperii finibus vel rerū gestarū magnitudine/ vel reguȝ nobilitate: quos plurimos habuisse cōstat:nō fortissimos mō: verūetiam pientissimos. Quapropter in hoc regno:nō iniuria: senat⁹ xp̄ianus cōtra turcorū violētiā potissimū atqȝ vnicū præsidiū sibi collocasse videt̃. Sed tñ vnuȝ quiddā adhuc tanti imperii maiestas desiderare videbat̃. Cetera vel par vel nō inferior:Liuio atqȝ Salustio vincebat adhuc italia. Naȝ (vt scite cecinit Horati⁹)regū ducūqȝ bñ gesta: quātūuis alioquin ꝑclara:aut intermoriātur:aut obscurent̃ ætate necessum est:nisi hystorici eloquētis opa lr̄is(vnicis rerū custodib⁹)cōmendent̃:perinde gl̄ia apud posteros valitura:atqȝ is q scripsit ingenio valuerit. Hāc tu supremā ꝓuinciaȝ: disertissime gaguine:tanq̄ fatis tibi seruatā: velut alter Scipio summo oim applausu suscepisti: difficillimā plane atqȝ immensi negocii:sed tñ roberto prorsus aptissimā. Qui ita credā rogas? Cū multis de causis:tū duab⁹ potissimuȝ ita mihi videt̃. Duo sunt em̄ ꝑcipua:q in hystorico ꝓbato queri solēt. Nēpe fides & eruditio. Nā vt scriptoris leuitas veris quoqȝ nōnūq̄ fidē abrogat:ita & grauitas hystoriographi priuata auctoritate reb⁹ ipis fiduciā quādā addere solet. Vt itē narratoris imperitia(vt fidē faciat quod ne ipȝ

quidē pōt) tñ res plerūq; p se satis illustres obscurat: immi nuit: deturpat: ita docti scriptoris igeniū: obscura illustrat humilia eleuat: splēdidis lucē quādā ac dec⁹ apponit. Qm̄ vero & fides & eruditio: vtraq; tāta ī te sūt quāta in alio ne mine: nemo ꝓfecto fuit isti muneri aptior vel istud mune ris nemini fuit apti⁹: q̄ tibi vni: q posses: & ꝓ singulari tua grauitate fidē facere: & ꝓ nō vulgari eloquentia rē adorna re. Iā facile suspicor humanissime gaguine te subirasci Herasmo tuo: q laudū tuarū vel tantillū ausim attingere. Ne q; em̄ me clā ē: q̄ modesto / q̄ pudēti (ne dicam putidulo) sis ingenio prędit⁹: quippe q amicā etiā laudatiūculā mul to molesti⁹ ferre soleas: q̄ quispiā ali⁹ cōuiciū ferat. Sz obse cro te: dato hāc veniā meo in te amori: vt q passim oēs p̄di cāt: fas sit etiā amico meminisse. Cui eni tuorū: icredibil vi tę tuę: morūq; itegritas: inocētia: grauitas: nō ē spectatissi ma? Vbi gētiū ñ p̄dicata? Adeo vt ñ mō de scriptꝫ: sꝫ ne de dictꝫ qdē gaguini vlla possit īcidere suspitio vanitatis. Ad de q; cū oēs norit: te frācos reges tuo merito sp fecisse plu rimi: seriis ī reb⁹ opa tua p sepe vsos. te regiis arcanis ꝯsiliis q; sępenumero accitū. te regio noie. cū apd' diuersas gētes tū apd' italos crebra legatiōe fūctū eē: facile ꝯiiciūt. te vnū gallorꝫ gesta: & prisca curiosi⁹ relegisse: & recētiora explo rati⁹ vestigasse. De eruditiōe porro tua qd ego ꝯmemorē? Ipa (qd' aiūt) abeūte se p̄dicat. Testis abūde ē hoc celebra tissimū gymnasiū vrbis parisię: cui⁹ tu florētissima alioqn studia prim⁹ latinarꝫ lrarꝫ opib⁹ decorasti: pulcherrimoq; incremēto eloquētię: quā vnaꝫ adhuc desiderare videbant̄ adauxisti. Ipa testis est italia: q̄ te sepenumero maximis de rebus grauissime disserentē audiuit: nō sine stupore: imo fortassis nō sine dolore: q; (vt de Cicerone dixit appoloni us) eloquētię laudē quā vnā adhuc sibi ꝓpriā habuissꝫ: ve deret p te gallię cōmunē fieri. Testes sunt litteratissimi qq; nrę mēorię scriptores: q certatim vno ore oēs: tuū igeniū p̄dicāt: efferūtq;. Quorū nulla ꝓpe pagina ē: q̄ sibi gagui

ni nomē nō habeat. Testes deniq; sūt/ vel locupletissimi/ p̄sul āplissime/ tui libri q iam p orbē dissemiati. passim sūma cū studiosorū voluptate lectitant̄. In qb⁹ oib⁹ tametsi vel orone soluta vel carmie: nō eruditis solū: verūetiā curiosis aurib⁹ abūde satisfacias: i isto tn̄ scripti gn̄e. i. i historia (si qd vltra crepidā sutori pmittis) singularē quendā ac mirificū artificē p̄stare videris: atq; i cęteris qdē plurimos i historia teip̄m supasse. Tāta est sermonis puritas: elegātia Salustiana: fœlicitas Liuiana: sūma luculētia: varietas iucūdissima: in ꝯsiliorū/ rationū/ tēporū/ cōmoditatis/ dignitatis/ ac cęterorū id gen⁹. q̄ doctū historicū arguūt: obseruatiōe singulare artificiū. Tāta est narratiōis viuacitas vt res geri nō narrari videat̄. Neq; vero deest dulcis q̄dā breuitas: q hystoricis vt rara ita gratissima lectorib⁹ ē. Nā bone deus q̄ vastā rerū siluā: q̄ breui volumie: q̄ absolute cōplecteris: & ꝓlixe breuis & breuiter ꝓlix⁹? Cui igit̄ nō p̄dare cū gallicis reb⁹ actū videat̄: cui talis p̄co ꝯtigerit? Alexāder ille magn⁹ cū ad Achillis sepulchrū puenisset O te fortunatū (inqt achille: q Homerū tātū poetā laudū tuarū p̄conē sortit⁹ sis. Et qs franciā quoq; nō fortunatissimā cēseat: q Robertū suarū laudnm pręconē optimū nacta sit? Quid illi superū benignitate p̄stari potuit/ pulchrius magnificēti⁹/ diuini⁹? Nichil ꝓfecto neq; tu gaguine doctissime. isignem tuā erga patriā pietatē grauiore prorsus argumento potuisti declarare. Quę tametsi antea quoq; plurimum tibi deberet vt quā latinis mercibus prim⁹ ditasses. hoc tn̄ inestimabili bn̄ficio adeo deuinxisti. vt quantāuis habeat: parē tn̄ nunq̄ sit gratiā habitura. Quę. n. statua q tituli: quod monimētū valeat isti⁹ bn̄ficii magnitudini respōdere? Prisci illi maiores suos q vel iperiū parassent. vl̄ auxissent rēpublicā: vel aliter de patria benemeriti essent. solebant diuis afficere honorib⁹: titulis in ęs icisis honorare: statuis donare aureis. At q lōge p̄stanti⁹ est: maiorꝝ gloriā ab ortu ad occasum vsq; ꝓtendisse: q̄ agrorū limites ex

tēdere. Min⁹ est saxea mœnia: ędesq; vrbanas ab incendio tueri: q̄ optimorū regū ac ciuiū gloriā ab iuidis obliuionibus (sic.n. appellat Horati⁹) & iteritu vīdicasse. Nō paulo magnificētius mihi videt̄ patriā optimis lr̄is auxisse/ locupletasse/ decorasse/ q̄ spoliis: q̄ exuuiis q̄ ęris/ q̄ id gen⁹ monimētis phalerasse. Nullę.n. tabulę: nullę cereæ: nulla munismata: nullę statuę: nullę piramides: neq; clari⁹ indicant: neq; fideli⁹ custodiūt regū gloriā/ q̄ hois eloquentis lr̄ę. Posthac gallorū glr̄ia/ q̄ hucusq; tanq̄ angustiis inclusa delituit: fulmis instar emicabit: & gallo quidē cātore. sed (qd̄ pulchri⁹ ē) romana tuba decātata oīm regionū aures psonabit. Oībus illa terris. vrbib⁹. gymnasiis/ legetur. celebrabit̄. cantabit̄. nec gaguini beneficio vnq̄ iterire nouerit imo cū ętate vsq; succrescet. Amplectere igit̄ O francia immortale laudū tuarū monimentū Robertū gaguinū alūnū tuū imortalitatis tuę vindicē. ama. cole. venerare. Nos certe & pbuscūq; egregia studia cordi sunt: te p̄sul amplissime nō amare nō poterim⁹: p quē id quod in litteraria supellectile p̄stantissimū habeamus: hoc est historiam adauctū esse cōspicim⁹. Vale decus litterarū & meum.

Ad Robertū gaguinū ordinis sancte trinitat ministrū gn̄alem. Cornelii Girardi goudēsis Hieronymianę vallis canonici regularis Epistola in laudem cōpendii eiusdē qd̄ de gallię rebus accuratissime ædidit.



Legi tuū in historias gallię cōpendiū optime pater Roberte gaguine op⁹ meo iudicio: quod vt tibi non imerito apud posteros imortalitatis nomen afferat: ita & singulis e sua dignitate quū rerū gestarū noticiā: tū militiæ peritiā copiosissime subministret. Nihil in eo legi/ quod vel exp̄ssius vel luculēti⁹ dici potuit: & qd̄ vel oīm in historia maximi facim⁹: fidē rebu⁹ tribuis/ ac oīa vt ꝯsulta vt gesta sūt/ explicas euidenter Nō tuis nō hostib⁹ tua pcit auctoritas. ita singulorū vicia

& factiones/ ita singulorũ virtutes & strategemata probas vt neq; in exteros odio: neq; amore in tuos flecti videare. Nulla in te grę suspitio/ nulla simultatis inuenit: quo minus q̃ rei veritas postulabat dicere præsumpseris nihil. O aim integerrimũ. O pectus veri tenacissimũ. O virũ ęquitatis obseruãtissimũ/ q perĩde turpia atq; p̃clara oim facinora/ & deprimit & extollit: vt nescias vtrũ in ciues an hostes ꝓpensior habeat. Nã in oi hystoriographo nihil vnq̃ magnificẽtius/ nihil illustri⁹/ nihil deniq; laudabilius q̃ri põt/ q̃ vt nullo amore nulloq; odio a vero deflectatur. Id em̃ vel vnũ oim est: in quo palmariã sibi crispus Salustius nauauit operã/ qui & teste liuio & nr̃o aurelio/ iccirco celebrior: q ceteris rerũ scriptorib⁹ verior æstimetur. Vt. n. nihil falsi scriptor fidelis ĩtermiscere debet: ita etiã nichil veri quod nõ dicat p̃termittere. Hęc. n. sunt veluti duo cãdelabra q̃bus oĩs historia necessario illustreĩ. Quę vbi deesse cõtinget: nihil quod nõ fumo & caligine plenũ sit reperies. Hę sunt p̃terea duę colũnę q̃ tẽpli porticũ sustẽtabant. Historiã equidẽ meo iudicio nõ ab re tẽpli porticũ dixerim q̃ oĩbus nobis ad diuinarũ rerũ archana tanq̃ ductrix & magistra ĩtroitũ patefacit. Tu aũt optime pater: & oim litterarũ facile princeps Roberte gaguine/ nõ solũ hęc q̃ p̃dixim⁹: verũ etiã q̃ ex vsu historię esse Marcus anthoni⁹ ĩ secũdo de oratore libro p̃cipit tã mirabili artificio obseruasti oĩa: vt nõ parũ ad Thucydidis & ingeniũ & laudem accesseris. Et q̃d dicã? Tã creber es rerũ frequẽtia: tam verbis aptus & sentẽtiis vt quũ in multis tuarũ editionũ opibus p̃rimos: tũ in hoc tuo ꝯpendio: teip̃z vicisse videaris. Nũc em̃ in eo militũ selectus/ nũc expeditorũ cõgressus ita describis & ĩculcas: vt cũ reb⁹ sudare sentẽtias prudẽs lector ĩueniat. Ita ante oculos ponis oĩa: vt nõ legere historiam: sed pugnantiũ turmis interesse me credã. Postremo quod nõ minime demirat⁹ suz: vbi opportune hĩta occasiõe siue de cymbris & burgũdis. siue de religiõe & eccl'ię cerimo

nils: qd externarũ rerũ affers: tam artificiose excurris. vt tñ icepte narratiõis textũ nõ confundas / neq; aliquo modo abiicieda fuisse: sed eodẽ ꝓpe modũ glomere pẽdentia & filo ꝓfusa videant. Et vt vno verbo ꝯplectar vniuersa / ita reb⁹ tpm ordinẽ / locorũq; & ꝑsonaꝝ descriptionẽ: ita verbis dicẽdi genus modo fusum modo collectũ / sed nõ sine mirifica suauitate accõmodas: vt nihil sit quod legentem nõ summe delectet: & tuã igenii facilitatẽ: icredibileq; memoriã: oib⁹. ꝓdicet & oñdat. Parcius te laudo cãdidissime pater q̃ dign⁹ sis. tum ꝙ primarias tuę laudis ptes / me⁹ herasmus: illo suo facũdissimo ore occupauit. tum ꝙ tuis ex lrĩs (q̃ tua modestia est) tuarũ laudũ: te ipatientissimũ esse itelligã. Scribo tñ hęc (q̃tulacũq; sint) ne amici mei aut eũ me esse garriant q vere iudicare nõ possim / aut certe adeo malignũ vt laudare nõ velim. Vale.

In laudem operis Epigrãma Cornelii Girardi. In quo ipm librũ quid in se contineat / & de fide rerum quid promittat loqueutem introducit.

Ad lectorẽ Liber in ꝑsona Cornelii canonici regularis.



Osse cupis lector quo Gallia creuerit ortu
Et quib⁹ ad summũ est regibus aucta gradũ:
Quis dñi cultum / quis cœperit oppida muris
Cingere / & ecclesias rite dicare sacras?
Quid pax accumulet quid martius excoquat horror:
Et quibus hic cœpta est religio ipsa viris.
Me lege: me placido complectere mentis amore
Nam cano liligeri fortia gesta trc ni.
Olim qua Tacitus placuit / breuitate vigemus
Atq; Titi nobis iam prope splendor adest
Qua cunctos superat Crispus / recitatio veri
Assidua / & rerum stat mihi plena fides.
Nil ego prætereo / nulli mea pagina parcit.
Sit meus / aut hostis nil metuo omne loqui.
Eloquor intrepidus / quę vero consona vidi:

Iusticię & fidei nil mea charta negat.
Forte nigra excandens (quod non probo) bile tyranne
Vulcani iubeas me penetrare focos.
Seu mergi vitreas me Deucalionis in vndas
Exilium ve pati/ plus tibi (crede) noces.
Mox alium qui me genuit dabit ecce Robertus
Qui cum lacte olim/ non nisi vera bibit.
Quinetiam vasto tanta est michi copia in orbe
Vt metuam ipse tuas nil (miserande) minas.
Si mala te cruciant seuę contagia mentis:
Quę noto/ non ego te sed tua culpa premit.
Hęc tibi me lector voluit Cornelius ipse
Dicere voce data. qui michi totus auet
Qui non blandiri qui me intus & in cute nouit.
Cui nichil est vero gratius atq; fide.
Hic michi signifero pręcepit honore reuisam
Marte olim rutilos orbis & vrbis auos.
Non locus est inquit/ quem non tua gesta decorent
Te nouit Latium/ Rheblata/ Pindus/ Arabs
Anglia te celebrat scotus/ Brito/ dalmata/ iberus
Te belgę & Phrisii: Teq; sicamber amat.
Te cymbri/ Octauii/ te Sueui/ teq; Turingi
Francones/ Hubii/ Parthenopeq; colunt.
Perge igitur fœlix & te duce Gallia vbiq;
Fulminet/ ac nomen tollat in astra suum.

Iodoci Badii Ascēsii de pręstātia gallorum.
Et autoris huius vtilissimi compendii Carmē.

Acria męonio tot prælia digna cothurno:
Totq; cothurnati numeris referenda maronis:
Gallica fœlici depleuit marte iuuentus.
Nullaq; principib⁹ tam formidata togatis
Gens capitolinas toties obsederat arces:
Vnde auro pelli poterat nō viribus vllis.
Scilicet in somnis norat perducere noctes:

Atq; assueta malo: patiensq; algoris & ęstus
Prima per imbriferas sese traduxerat alpes.
Protinus & parthos bello domitura feroces
Subq; iugū graios victrix missura superbos:
Vnde gerit mixtum nunc gallogręcia nomen.
Nec tamen antiqua superis deuinctius vllum
Relligione genus: nullū obseruantius ęqui:
Nullumq; excultis tam præstās moribus ortū est.
Sed neq; sacrorū reseranda occulta ꝓphanis
Aut populo fixis duxit pandenda tabellis.
Ne torpore graui iuuenum mens victa: librisq;
Freta: aspernetur sacros ediscere ritus.
Nec sua nobilibus præconia fulta triumphis:
Et clarum facimus memori mandare poetę.
Gestiit: aut docti scriptis concredere cadmi.
Scilicet egregie contenta egisse: diserte
Dicere neglexit: donec vi martis & ęqui
Octauum inuiti carlum coluere latini:
Parthenopeq; suum dominum agnouisse coacta est.
Teq; decus nostrum pulso lodoice tyranno/
Insubres verum dominūq; ducēq; salutant.
Nunc siquidem altisonę tua fortia gesta camœne
Certatim ad superos tollunt: vnde aurea Fausti
Exoritur veterum nulli cessura poesis:
Quin adeo nostri nitor indelebilis ęui
Primus ab italia linguam transferre latinam
Fœlix: Robertus tua stēmata clara Gaguinus
A proauis atauisq; trahit: prolēq; per omnem
Ingreditur: totam referens ab origine gentem
Et quas quisq; vrbes curuo signauit aratro:
Et quibus auspicibus gallorum gloria creuit.
Proinde decus regum pręclaris annue cœptis
Et patere in toto resonent te pulpita mundo.

FINIS.

Eiusdem Ascendii de insignib⁹ Franciæ in hoc ope pts q̃ graphice suo quibusq; loco recensitis epigramma.


Ira canāt alii sçuorum insignia regum:
Exuuiasq; ducū/ quos mars depressit iniquus.
Sint aliis aquilæ fusi monumēta cruoris:
Informes vrsi: prædarores q; leones
Ornamenta/ ferant radiantibus vndiq; flāmis
Et thetidi & veneri/ vulcania lapsa/ per auras
Arma: numęq; pio demissum ancile/ togatis
Gestamen saliis. at nobis cœlica dona
Et pia Francorū placeant insignia regum.
Aurea cœlesti primū suffulta colore
Lilia/ cæsareis olim iam credita ceruis.
Auriflamma dehinc/ veterum victoria regum.
Tum sacrum nitidis allatum chrisma columbis:
Totq; salutiferi monumenta salubria christi
Crux. cuspis. claui. tunica inconsuta: corona:
Hæc tua diuorum genitrix sunt francia dona.
Adde duces bello formidatosq; pelasgis
Italicisq; equites: simul & pulcherrima rerum
Ornamenta/ viros omni virtute cluētes
Iustitia in primis: quę cœlo egressa perennem
Parrhisio sedem posuit mansura senatu.
Docta vbi cecropias exercet pallade mentes
Pagina dia nitēs fidei splendore probatæ.
Atq; vbi diuini nitet obseruatio cultus.
Nec dubitē gnauos solerti mente colonos
Mollibus assyriis arabisq;/ & pinguibus vmbris.
Antetulisse: quib⁹ grandi est industria gazę
Et mucro decori siquando in bella citantur.
Adde alia egregiæ sexcenta insignia laudis:
Quę bonus exculto Gaguinus codice nobis
Edidit: historię princeps & gloria Francæ.

Iodoci Badii Ascensii de operis huius accessione atq augmēto Ad lectorē: cui salutē dicit: Carmē.



Andide ne dubites iusta ęra reponere lector/
Cultius ac multo ditius exit opus.
Accessere etenim/ quas gallia possidet/ vrbes:
Cunctaq gallorum sub ditione loca.
Flandrorū comites primęua ab origine ducti:
Atq alia in propriis plurima iuncta locis.
Vndecimusq liber tristi cum funere Carli
Octaui: & toto funeris officio.
Mœstaq parrhisiis magni disruptio pontis:
Aduentusq ducis causaq Iulliaci.
Quinadeo regum clarissima gesta duorum:
Quorum marte/ potens itala terra/ ruit.
Ergo agedum reducem Lodoicum gallia regem
Victorem insubris conspice lęta soli.
Conspice censorem specimēq lutecia morum:
Et normanne tui perlege iura fori.

Pręclarissimū hoc de francorū gestis compendiū multis notatu dignissimorū additionibus libriq vnius accessione locupletatū: & non segni accuratione a mendis tersum: Impressit rursus diligens ac peritus chalcographus Thilmānus keruer in inclyto Parrisiorum gymnasio: impensis optimi bibliopolæ Iohannis parui. Anno a natali christiano. M. quingētesimoseptimo. Ad idus ianuarias.
Deo dicantur gratię.


IEHAN PETIT

